232

K


35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

KW
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

DE PACTIS ANTE-NVPTIALIBVS RERVM IVDICATARVM OBSERVATIONES:

AVCTORE

CORNELIO NEOSTADIO Supremi in Hollandia Auditorij Senatore, Academiæque Lugdunenſis Curatore.



LVGDVNI BATAVORVM,
Ex Officinâ ELZEVIRIANA.
Anno cIɔ Iɔ cxx.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Nobiliſsimo & Ampliſsimo
D. D.

REGINALDO BRE-derodio Equiti, Domino in Veenhuſen, &c.

PRÆSIDI

Ampliſsimo Clariſsimoque D.

D. RVMOLDO HOGER-BETIO SENATORI

Supremæ in Hollandia Curiæ

C. Neoſtadius S.

LABI ego eos, *amiciſſimi Collegæ, haud leviter exiſtimo, qui prodi putant arcana Curiæ, & velut iudiciorum myſteria evulgari, ubi ſententiæ rationibus iuriſque auctoritatibus ſuffultæ in lucem eduntur. Nam cum negari non poſſit, omnia iudicum decreta, poſtquam promulgata ſunt, publici eſſe iuris, ea ipſa ſicut in archivis inquirenti cuilibet patent, ita in libros relata, & omnibus communicata haud paulò commodius ſi legantur, quid tandem hic erit iniuriæ, aut periculi? Quare iſta cælata velle, quid eſt aliud, quam, quod proverbio notatur, plebiſcita in aurem dicere? Si leges quamplurimis innoteſcere publice intereſt, qui minus res iudicatas? Nam ſicut experimenta multa in vnum collata artem fecere, ita pluribus ex ſententijs initio ius ortum eſt: priuſque de ſingulis quæ ſe obtulerant iudicari cœpit, quam aliquid in commune decerni.*

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

cerni. Neque tantum origo hæc legum fuit, ſed & conſummatio: nam quod illæ loquuntur obſcurius, id explicant res iudicatæ: Quod Legiſlator non vidit, qui circa rerum duntaxat vniverſitatem occupatus cuncta quæ incidere ſolent proſpicere non potuit, id vſu cognitum ſupplent Iudices. Itaq; Iuſtinianus Imperator cum novam de Fideicommiſſarijs reſtitutionibus conſtitutionem ferret, dixit, id ſuæ eſſe conſuetudinis, inter iudicandum ex motis negotijs legum optimarum arripere occaſiones. Idemque inter prima iuris elementa hoc collocat, quod Princeps cognoſcens decrevit, id eße legis loco, quæque in certis negotijs ſtatuta ſunt, ea ſimilium quoque cauſarum fata componere. Nec aliud credendi ſunt Principes noſtri voluiße, qui inter cæteras fori noſtri Iudiciarias leges ſcribæ publico præcipiunt, vti cauſarum inſigniorum definitiones ex mandato Senatus ſcorſum in peculiare volumen referat. Fruſtra enim aſſervari iubeatur, quod nullius poſtea uſus futurum ſit. Ad rerum autem ſimilium definitiones vſus eſſe nullus poteſt, niſi ratio appareat, quæ moverit iudicem, & quæ forma quodammodo vitaque eſt ipſius ſententiæ. Nam quod vulgo dicitur, ſtultum eſſe iudicem qui ſententiæ reddat rationem, multo facilius ego alterum obtinebo, ſtultiorem eum eſſe qui non poſſit reddere. Quippe etiam eos qui iudicijs non interfuere ſæpenumero videmus magna cum laude res alijs judicatas & definiendi cauſas expoſuiße: quæ res Ioanni Paponi immortalem gloriam peperit. Neque id homini vere Iuriſperito admodum difficile eſt. Nam rei geſtæ ordinem litis inſtrumenta, vel ſolius ſententiæ ſeries explicatior oſtendit: Iuris autem ratio perpetua eſt ſemper, ac ſibi conſtans. Quare cum quid iudicatum ſit in quaque re appareat, quid iudicem eo adduxerit, non adeo arduum eſt coniectura aßequi. Quod igitur alijs facere laudi fuit, id ipſis Senatoribus totius iudicij teſtibus vitio vertetur? quod in illis induſtria eſt, in his futilitas vocabitur? At cauſarum patronis ea ratione ſugillandi rerum iudicatarum auctoritatem dabitur occaſio. Imo vero dubitandum non eſt, eos qui vere ſunt quod dici volunt, veneratione potius amplexuros, quicquid in rebus diu controverſis tot virorum peritiſſimorum iudicio conſtitutum acceperint.

rint. Quid, quod nonnulli etiam Principes hos qui in ſupremi Auditorijs vice ſua iudicant, paratos eſſe ſemper iubent, rerum iudicatarum ſibi cauſas atque rationes exponere? Quod illi lege imperante faciunt, id nos ſponte facere, quid tandem vetat? Atſi quis diligentius inſpiciat, longe eius rei apud nos, quam apud alias pleraſque gentes, vtilitas maior eſt, in his præcipue cauſis, quarum iura non tam ſcripto vllo ſunt prodita, quam ex vſu & moribus pendent: cuius generis & Feuda ſunt & pacta Nuptialia. Nam legem interpretatur res iudicata, conſuetudinem aut monſtrat, aut facit. Neque veſtri cauſa hæc dico, Collegæ Ampliſſimi quippe quæ vobis ſciam eſſe perſuaſiſſima. Nam & ſtudium meum à multis iam annis adeo vobis probatum eſt, vt quæ nunc vniuerſa vobis afferuntur, ea ſingula perlegere gratiſſimum haberetis, & ipſi, ex quo huius muneris conſortes fuimus, ad eius laboris imitationem applicaretis animum: vnde in hoc ipſo opere erunt quæ veſtra poſsitis agnoſcere: ideo maxime appoſita, vt noſter etiam ſeorſim eadem tractando conſenſus appareat. Sed alij ſunt propter quos iſta præfari neceſſe fuit, quibus ob hanc operam diſplicemus, in qua noſtros ab ipſis conatus ſubleuari, qua publico qua privato officio fuerat convenientius: Aduerſus horum igitur aut apertas, aut tectas obtrectationes vos communis ſtudij vindices delegi: cuius patrocinium ſuſcipiendo illud ſimul efficietis, vt veſtra, quæ ſupreſſa hactenus à plurimis deſiderantur, exeant tutiora. Cæterum nihil præter inſtitutum defendo, in quo me non falli tam perſuaſum habeo, quam in partibus quibuſdam falli potuiſſe. Notas, quas ſententijs ſubiecimus ſi quis non probat, is exercendi gratia, & mihi ſcriptas putet, quanquã forte & poſteritati non diſplicebunt. Ego ſane ſicut mea omnia, ita & hunc laborem, eruditis iudicijs libens ſubmitto. Præcipue autem vos Clariſſimi Collegæ rogo, vt, pro ea amicitia quæ à primorum in Academia ſtudiorum ſocietate inter nos cœpta per gradus velut quoſdam ætatis honorumque increvit, ſi vobis non inane videtur hoc ſtudium, operam detis vt omnes ſentiant illud quicquid eſt ſub veſtri nominis tutela prodijſſe.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

DE PACTIS ANTENUPTIALIBUS RERUM JUDICATARUM OBSERVATIONES:

Auctore

CORNELIO NEOSTADIO

Supremi in Hollandia Auditorij Senatore, Academiæque Lugdunenſis Curatore.

Obſervatio rerum Judicatarum prima.

Pactum ſponſalitium de ſucceſſione bonorum, liberis non impedire liberam, de omnibus bonis parentum, diſpoſitionem.

Alidt Harcken, contra Cornelis Yſsbrantſſz.

CONTRACTU ſponſalitio cautum erat, ut qui naſcerentur liberi, ſibi invicem hæredes eſſent: A liberorum vero noviſſimo bona ad paterni generis hæredes, excluſis maternis, devolverentur. Cumque eum contractum etiam in vim ultimæ voluntatis, ut videbatur, valere placuiſſet: Filius unicus ex eo matrimonio natus fuit. Hic hæredem patruum, præteritâ amitâ, ex aſſe inſtituit. Amita vero bonorum partem alteram, ex contractu antenuptiali ſibi deberi autumans, eam à Fratre in jure petijt. Contrà Frater: Succeſſiones quæ pactis antenuptialibus deferuntur teſtamentorum vim non habere: ſed ita demum effectum ſortiri, ſi teſtamento liberorum, vel eorum quorum intereſt, ſecus cautum non appareat. Licuiſſe igitur teſtatori, non modo actricem ſed & ſe præterire.

Cumque Judices pedanei reum ab impetitione actricis abſolviſſent: Et actrix intra decendium quidem Hollandiæ Curiam appellaſſet: Verum intra vigeſimum exinde diem adverſarium coram Curia citari, appellationemque introduci non curaſſet: Nec reſtitutionem adverſus hunc fatalium lapſum impetraſſet: Ac præterea Apparitor cautionem mulctæ appellationis frivolæ (quæ triginta eſt Caroleorum) ab Appellante, pro mandati tenore, non exegiſſet. Curia Provincialis, de appellatione cognoſcens, appellationem non recipiendam pronuntiavit, condemnavitque Appellantem in expenſas, & Apparitorem in mulctam frivolæ appellationis. Reſervata Appellanti expenſarum repetitione, adverſus cauſæ Patronum. Et apparitori ſalva mulctæ condictione adverſus Appellantem.

Ab hac ſententia cum mulier ad ſenatum Superiorem provocaſſet: Et reſcripto Principali adverſus indebitam appellationis proſequutionem in priori inſtantia omiſſam, reſtitui poſtulaſſet: Senatus, in integrum reſtitutione denegata, Curiæ ſententiam non modo approbavit, ſed &, omnium calculo non jure à pedanearum Judicum ſententia provocatum, cenſuit. Data 24. Januarij 1590.

AVCTORIS *Notæ in primam obſervationem.*

E *Ecluſis maternis*) Addebatur ratio quia mater paupercula erat, unde bona venire non poſſent.

Abſolviſſent) Cum enim pacta ſponſalitia, moribus noſtris, non niſi ſucceſſionis legitimæ, & minime ultimæ voluntatis, vim habeant: filio huic teſtamenti factio ad ſolam legitimam & Trebellianicam reſtringi non potuit. Nec refert quod conjuges pactum ſponſalitium in vim etiam ultimæ voluntatis effectum ſortiri voluiſſe, viſi ſint. Quandoquidem clauſula quæ id innuit, latinis verbis in proëmio adſcripta, ex ſtilo magis notarij quam contrahentium certa voluntate

lnntate adjecta cenſebatur: Cum ipſi contrahentes ſcedulam Notario exhibuerint qua contractum tantum antenuptialem à ſe celebrari, non etiam ultimum elogium condi, teſtarentur. [t]nihil enim actus agentium ultra eorum intentionem operari, certum eſt.

Sic in ſimili DD. eum quem conſtat teſtamentum facere voluiſſe, ſi teſtamenti ſubſtantialia, veluti hæredis inſtitutionem, omiſit, nihil egiſſe, referunt: Tametſi clauſula. *Si non valet jure teſtamenti, valeat jure codicillorum, vel alio meliori modo:* adjecta ſit. *Rola. Rubr. 33. circa princ. verſ. & eſt ſciendum quod ſi teſtamentum patiatur defect. per l. non codicillum, C. de teſtam. & l. 1. & l. illud. §. 1. ff. iur. codicil. l. ex ea ſcriptura ff. de teſtam.*

Sed & ſi pactum in vim ultimæ quoque voluntatis valere dicendum ſit. Cum tamen actrix & reus non modo ejuſdem cum defuncto ſint cognationis, ſed & in pari conſtituti gradu: Jura, non niſi uni ex cognatione bona relinqui requirunt. *l. is qui 94. ff. leg. 3.*

Decendium) Omnis appellatio intra decem dies interponenda, *Auth. hodie C. de appel. c. quo ad conſultationem de re judic. c. concertationi & ibi gl. de Appel. in 6. Inſtr. Cur. Holland. art.* 198. à tempore ſcientiæ *Bart. ad d. auth. text. in l. 1. §. fin. ff. quando appel.* Niſi procuratorem quis habeat in judicio: Is enim tenetur appellare. *l. invitus 17. C. de procur. gl. ibi. in verb. extendere Bart. ibid. nu. 3.* Appellationem vero in diffinitivis proſequi abſque ſpeciali mandato non poteſt *Bart. in d. l. invitus nu. 8. Panorm. in c. non injuſte de Procurat. nu. 3. And. Gail. lib. 1. obſ. 139. nu. 11.*

Vigeſimum) introducta appellatio dicitur ſi intra vigeſimum diem ab appellatione interjecta, mandatum appellatorium à Curia Provinciali & impetratum & citatio vi ejuſdem mandati parti appellatæ facta ſit. *Inſt. Cur. Hol. art. 205. & 206.* Quandiu vero poſt citationem, comparationis terminus currat, ratio non habetur: ſecus atq; in ſuprema Curia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

obſervatur: Ubi quadraginta duo dies appellationi introducendæ dantur. Ita tamen ut intra illud tempus, comparitionis quoque terminum veniſſe, neceſſe ſit: alioqui appellatio deſerta cenſebitur. *Ordinatione Curiæ Supremæ art. 216. 226.* Sed ſi ad diem comparitionis terminus, ob cauſam Rotulæ ſeu graphiario non præſentatam, circumductus ſit, An nova citatione opus erit? Et in novis cauſis nova citatione opus eſſe non dubitatur. Verum cum appellatio utrique patri eſt communis, adeo ut cuique introductam proſequi liceat: Nova citatione opus non eſſe, cum Mynſingero crediderim. *centur. 2. obſ. 63.*

Non recipiendam) Non enim antè cauſa devolvitur quàm Judex eam ſuæ juriſdictionis eſſe cognoverit *c. ſuper literis de Reſcript. c. Romana §. ſi vero de appell. lib. 6. & ibi. gl. in verb. non præſumet.* Deſerta autem appellatione juriſdictio ipſo jure ad priorem judicem revolvitur. *per text. in Clement. Si appellationem de appellat. l. tempor. l. per hanc C. temp. appellat. l. eos C. de Appell.* Supremæ tamen Curiæ ſi ſententia à qua provocatum eſt, ob evidentem cauſæ injuſtitiam confirmanda ſit, ſuper principali etiam negotio pronuntiare ſolent. *Rot. deciſ. 14. de appel. in novis.* Quod & appellato expedit. Poteſt namque appellans poſt deſertionem judicis officium implorare & ex legitimis impedimentis reſtitutionem adverſus lapſum fatalium petere: atque hoc modo executionem ſententiæ principalis impedire. *Gail. lib. obſ. 1. 136. nu. 2.*

Patronum) Sed major culpa procuratori, uti litis domino, *l. ſi procurator. 1. ff. dol. mali exc. l. nulla dubit. C. eo. c. 1. §. ext. eod. in 6. Gail. lib. 1. obſ. 101.* imputanda erat: Is enim de omni culpa etiam leviſſima tenetur. *l. à procuratore C. mand. gl. ibid. in verb. omnem.* Et cauſæ domino nocet. *l. ſi procurator C. de procur. l. tranſactionis placitum C. de tranſ. gl. ſing. in c. 1. verſ. fin. ut lite non cont.* ſi ſit ſolvendo: ſin minus conſulitur ei beneficio reſtitutionis in integrum *Bald. in l. ab eo nu. 6. C. quom. & quand. jud. Felinus in c. 1. nu. 6. ut lite non conteſt. l. fin. §. plane ff. eo per*

quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

quem factum eſt. l. & eleganter 1. §. *ſi dolo ff. de dolo*. Interim tamen cauſæ patronus omnino culpa non vacat: cum calendarium confecerit, & inventario ſubſcripſerit. Sed quia correus non eſt, ei adverſus procuratorem regreſſus non patet: Cum alioqui plures correi condemnati exceptionem diviſionis etiam in executione ſententiæ objicere poſſint. *Bart. in auth. hoc ita C. de duob. reis. Alex. conſ.* 37. *nu.* 10. *vol.*2. *l. fideiuſſ. C. fideiuſſ. Guid. Pap. deciſ.* 570. *nu.*7. *Gail. lib.*2. *ob.*14. *nu.*5. *Colerus de proceſſib. execut. part.*4. *c.*1. *nu.*96.

OBSERVATIO RERVM
JVDICATARVM SECVNDA

Pactum, quo parens, qui alteri ſuperſtes erit, ad ſucceſſionem ultimi ex liberis defuncti vocatur, ſubſiſtere, tametſi lex patria parentem ſuperſtitem ab hæreditate liberorum ſecludat.

PActo antenuptiali inter conjuges convenerat: ut liberi parentibus hæredes eſſent, ipſi vero liberi ſibi invicem ſuccederent: Et à liberorum poſtremo, bonâ ad parentem ſuperſtitem devolverentur. Cumque nulli primo triennio nati forent liberi, & ſpes procreandæ prolis, ob ingraveſcentem mulieris ætatem, deeſſe videretur: Conjuges, poſtquam communibus tabulis legata aliquot ſibi invicem ſcripſiſſent, Eos qui inteſtati jure ſibi hæredes forent, inſtituunt. Verum filio deinde nato, cum mater prior vitâ eſſet functâ, & filius poſt matrem, etiamnum impubes extremum clauſiſſet diem: De filij hæreditate contendunt, parens ſuperſtes, & matris frater defuncti avunculus. Pater intentionem dimenſus: quod per pactum antenuptiale ad inteſtati ſucceſſionem vocatus eſſet. Contra Avunculus excipit: Pacto hæreditatem non dari: Verum legitimo Patriæ jure hæreditatem ſibi deferri, eo quod in ſolo ſcabinali hæreditas ceſſiſſet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

ubi parens ſuperſtes à liberorum ſucceſſione eſſet excluſiſſimus.

Inteſtati igitur eſt quæſtio. Curia cauſa cognita, parentis jus potius exiſtimans, ei filij hæreditatem adjudicavit. Appellatione deinde ab avunculo ad ſupremam Curiam interpoſita: cum eam cauſam, nobis, Ampliſſimus Præſes Arnoldus Nicolai ex iiſdem actis referendam dediſſet: Appellans non expectata Senatus deciſione, liti & cauſæ ceſſit. Quamobrem rei hujus judicatæ auctoritatem l. m. Curiæ Provinciali (quæ conſultiſſimis non minus, quam ſummè pragmaticis viris, antiquitus ſemper viguit) tribuimus.

Notæ in ſecundam obſervationem.

P*Acto hæreditatem non dari*) Regula quidem eſt pacto hæreditatem non dari *l. pactum quod dotali C. de pactis l. Hæreditas C. pact. convent. l. ex eo C. de inutilib. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. verb. oblig.*

Sed hæreditates noſtras pacto vero dari, nemo dixerit: Cum pacto datum, actionis jure exigi poſſit, & hæreditates pacto datæ actionem nullam pariant, verum unius tantum voluntate revocari poſſint. hoc etenim tantum pactis ſponſalitiis agimus, ut contrahentium ſinguli ſibi, liberiſque jus ſuccedendi ab inteſtato deligant, vel novum, ſi velint, conſtituant. Sunt enim ultimæ voluntates quæ pactis dotalibus ſcribuntur æquè ambulatoriæ, atque eæ quæ in teſtamentis fiunt *l. 3. §. fin. ff. adim. leg.* Liberis vero impuberibus quia ipſimet hæredes eligere nequeunt, parentum judicio, exemplo inſtitutionis pupillaris, ſtandum eſt: Adulti vero ſi hæredem ſibi non quæſierint, parentum voluntati ſtetiſſe creduntur. Tuto namque à parentum diſpoſitione illis recedere licuit: Nec erat quod legitimam vel Trebellianicam aliamve juris portionem ſibi fingerent: cum hujuſmodi prærogativæ ultimis tantum voluntatibus conveniant non etiam pactis.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Sed quid ſi liberi ſibi invicem, & eorum poſtremo, conſanguinei, qui Scabinico jure ſucceſſuri eſſent, pacto antenuptiali univerſaliter non modo ſubſtituti ſint, ſed hæreditaria bona alienare prohibiti: Quid & quantum prohibitio hæc univerſalis operabitur? In teſtamentis certe tantundem operatur tacita, atque expreſſa alienationis prohibitio: perinde enim eſt, ſi hæres jubeatur poſt mortem bona defuncti reſtituere, ac ſi teſtator præterea bona ſua alienari vetet: cum alienationis prohibitio, reſtitutioni tacitè inſit. An igitur tacita prohibitio alienationis in pactis ſponſalitiis tãtum operabitur, quantum expreſſa. Tacite autem parentes pactis ſponſalitiis alienationem prohibẽt cum liberos ſibi invicem & eorum poſtremo perſonam aliquam, extraneam ſubſtituunt. Non enim alias ſubſtituti ſuccedere poſſunt, niſi bona in alienata, à primis hæredibus ſerventur. Alienari nihilominus poſſunt, & præterea de iis, uti dictum eſt, diſponi. Verum cum hujuſmodi prohibitionis formulas in dotalibus inſtrumentis nec viderim, nec ubi de iis contraverſia moveretur interfuerim: nec etiam veriſimile ſit, ea quæ teſtamentis propria ſunt, contractibus quemquam velle adſcribi: Quæſtionem in medio relinquo. Ut & eam: Quatenus rei ſingularis alienandi prohibitio in pactis ſponſalitiis ſubſiſtere queat. Si enim ex natura contractus æſtimanda eſt: non impedietur alienatio, quod ad tranſlationem dominii: *text. in l. paciſcendo ff. de pact. & gl. unica ibi.* Sed ſi contra fiat, committitur obligatio ad intereſſe: vel ad pœnam, ſi adjecta ſit. *l. ſi ita quis §. ea lege ff. verb. obl. gl. ibi in verb. intereſt. Bart. & communiter dd. ibidem l. fin. C. reb. alien. non alien. Guid. deciſ.* 559. Sin vero ſecundum regulas ultimarum voluntatum prohibitio metienda erit: Ea fit aut ad tempus aut perpetuo. Ad tempus ita demum valet, ſi pœna adjecta ſit. *l. Lucius Titius in pr. ff. leg. 3.* Perpetuo vero, ſi ſimpliciter vel ſine cauſa fit, non ſubſiſtit: Quia non apparet perſona quæ ex voluntate teſtatoris rei vindicandæ jus habet. Sed ſi

cauſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

cauſa ſubſit, quæ favorem aliquarum perſonarum, puta deſcendentium, agnatorum vel familiæ, reſpici: prohibitio valet *l. filius familias §. divi. ff. leg. 1. dd. in auth. res quæ C. communia de legat. & in l. fur. §. ſed quia noſtri eod. tit. l. ea lege Condict. ob cauſ.* Poteritque quandiu perſona cujus reſpectu prohibitio facta eſt, ſupererit, res alienata vindicari, ſi teſtatoris fuit *d. l. filius fam. §. divi. ff. legat. 1. d. l. Lucuſi.* Sed ne infinita ſit, prohibitio generalibus verbis facta, ultra quartum gradum extendi non ſolet §. 1. *in auth. de reſtit. fideic. Decius conſ. 256.*

Ratio autem cur pactis antenuptialibus Majores noſtri de legitimis ſucceſſionibus deferendis, non parum ſemper ſolliciti fuerint, bifariam reddi poſſe videtur: Vel ne una eademque hæreditas, ſimul & Aſingicò & Scabinico jure cenſenda foret. Vel, ut generali conſuetudini, qua maritis longe liberrimum arbitrium in bonis uxorem tribuit, in eo obviam eatur: Ne exuberans illa libertas, vim ſuam etiam poſt uxorum mortem, magno cum liberorum malo, ſe exerere poſſet. Cum enim maritis, domicilij libera ſit electio, non dubitabant plerique in ſolo Aſingico commorari: Ibidemque fundes quamplurimos comparare: uxorem quoque hæredia, quæ illis in ſolo ſcabinico eſſent, divendere, inque eorum locum alia in ditione Aſingica ſufficere vel precium in pecunia numerata coacervare, annuiſve reditibus emendis impendere: Atque hæc ea ab iis fiebant fiducia, ut ſi liberi poſt matrum mortem, vita fungerentur, ipſi patres, ijs, poſtpoſitis defunctorum fratribus & ſororibus, contra votum matrum, hæredes eſſent: Vel, ſi in Scabinico ſolo larem fovebant, prædia ſaltem Aſingica ſibi, ſucceſſionis jure vindicarent. Sequebantur enim res immobiles loci ubi ſitæ erant conſuetudinem. Res vero mobiles (reditibus annuis iiſdem comparatis) actiones & jura ipſum comitabantur hæredem. Nec plene res omnes teſtamento matrum præcaveri poterat: quandoquidem Legitima & Trebellianica, liberis

ſemper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

ſemper ſalva eſſe debeant, & conſequenter parentibus, hæredum titulo, obvenire.

Ut igitur huic licentiæ, ac inſatiabili maritorum cupidini occurreretur, pactis id antenuptialibus commode fieri, Majoribus viſum. Quæ in eo pactorum vim veram ſortirentur, quod ubicunque locorum conjuges morarentur, vel hæredia poſſiderent, maritorum auctoritas, nihil adverſus ſtipulatas ſucceſſiones, poſſet. Verum cum conjugum mutuus amor, tantus non eſſet, quin, ſoluto matrimonio, liberi illis eſſent cariores, magiſque liberis bona ſua conſervata cuperent, quam ea ad parentes ſuperſtites à liberorum morte devolvi: nunquam non inter prima pacta antenuptialia, futuri conjuges ſtipulabantur, legitimas liberorum hæreditates, ſecundum juris Scabinici conſuetudinem, uſque deferendas fore.

Sed cum juris Aſingici & Scabinici hic mentio toties ſit repetita. Et pauci ſeriem utriuſque ſucceſſionis meminerint: non ingratum fortè erit, ſi ea quæ hac de re comperi, uſuque didici, poſteritati tradidero. Et licet Ampliſſimorum Ordinum cenſtitutione politica anno 1580. edita, jus ſcriptum & omnia ſuccedendi ab inteſtato in allodiis jura ſint abrogata, novæque legi cedere juſſa: Succeſſiones tamen feudales in ſuo perſtiterunt vigore: Quæ tametſi propriam ſuccedendi ſequuntur naturam: tamen poſt jus Feudale ſcriptum, quo ſecundo loco utimur ad jura illa antiquata etiamnum recurrimus. Deinde cum conſtitutioni politicæ non alias locus ſit, quam ſi teſtamentis, pactis antenuptialibus, aliiſque modis ibidem expreſſis, ſecus diſpoſitum non probetur: uſus quotidianus docet, conſtitutioni politicæ ejuſque moderamini, & interpretationibus ſubſequutis, per pacta antenuptialia, ut plurimum derogari, ſucceſſionemque Scabinicam, ſeu vetus jus Hollandiæ Meridionalis in uſum revocari.

Hollandia igitur antiquitus unica ut fertur fuit; Rheno

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

& Moſa fluminibus ad plagam meridionalem concluſa. Cæterum urbium, agrorumq; plurium ultra Rhenum Moſamque acceſſione, in Septentrionalem & Meridionalem diſtingui cœpit. Meridionalis illa dicta fuit, cujus metropolis Dordracum eſt: Cætera vero Septentrionalis. Et licet utrobique iiſque alioqui legibus & moribus viveretur: Inteſtatæ tamen ſucceſſiones diverſiſſimo jure deferebantur: In hac enim: Boreali ſcilicet (Hagacomitatenſi & Roterodamenſi ditionibus exceptis) jus in uſu erat, quod Aſingicum ſeu Aſdomicum ab Aſingiis ruſticis, qui ruri jus dicentibus præerant, dicebatur. In illa vero Meridionali puta, jus Scabinicum, vigebat. Sic à Scabinis vetuſtiſſimis judicibus dictum. Quod & à loco, jus Hollandiæ Meridionalis, nuncupatum fuit.

Succeſſio autem Aſingica ita ſe habet: ut primo loco liberi ſuccederent, ſed proximi tantum, omni ſummota repræſentatione: adeo ut nepotes ex filio patris præmortui locum in ſucceſſione avi non referrent. Poſt liberos, prima ſucceſſio erat parentum ſeu adſcendentium, pro gradus cujuſque prærogativa. Deinde ſequebantur fratres & ſorores: Nec intererat uterini conſanguinei an germani eſſent: Solius etenim gradus, non etiam ſanguinis plenioris, ratio habebatur. Atque ita poſt fratres ſuccedebant fratrum filij, una cum patruis avunculiſque in capita. Et ſic tranſverſales deinde proximi graduum tantum computatione habita.

Scabinico porro jure, liberorum prima erat ſucceſſio in ſtirpes. Secunda utriuſque ſimul parentis: Non tam quod primo eſſent gradu, quam quod defuncti bona (ex eo quod plerunque accidit) ab iis profecta cenſerentur: Si vero ſola graduum ratio eſſet habita, ubi parentum alter duntaxat ſuperſtes eſt, ipſe fratreſque per eum defuncto juncti, excludi non potuiſſent, quos tamen iſto jure non admitti certiſſimum eſt. Tertia autem ſucceſſio, altero parente etiamnum in vivis exiſtente, deferebatur parentis præmortui hæredibus,

bus, etiam iis qui remotioris erant gradus: ſed pro ſanguinis modo & quantitate. Unde etiam liquet, graduum rationem non magnopere habitam: ſed magis unde per ſucceſſionem bona ad defunctum venerint, vel venire potuerint. Pervenerunt autem ea ſpecie qua parens alter in vivis eſt, à præmortuo parente. Licet enim ab utroque ſimul parente, defuncto, bona quæ reliquit vel in dotem, donationemve propter nuptias vel alia ex cauſa data ſint: Quia tamen bona ab utroq; data, defuncto in portionē hæreditatis parētis prædefuncti imputari ſunt ſoliti: non poſſunt non defuncti bona à parente præmortuo tantum profecta dici. Cur autē prædefuncti parentis hęredibus ſuccedendi jus daretur ratio videtur: quod iſti hæredes cum ipſo parente ſuperſtite, bona utriq; conjugi communia ſolidè diviſiſſent, niſi defunctus illis obſtitiſſet, vel partem illis feciſſet: eo igitur ſublato, res ad primævam naturam rediiſſe videtur, illique, ad intermiſſam hæreditatem, quaſi poſtliminio vocati. Parentis autem pręmortui hęredes primi, iidem fratres & ſorores erant, qui una cum defuncto ejuſdem parentis hæreditatem diviſerunt: inter quos cum fratres & ſorores ex ſuperſtite tantū parente progeniti non eſſent, etiam hi à defuncti bonis excludebantur. Sed ſi uterq; parens è vivis exceſſit, omnes quidem fratres & ſorores ſuccedebant: ſed germani, gemina diviſione, & conſanguineis & uterinis partem auferebant: ut qui duplici ſanguinis vinculo, patris ſcilicet & matris defuncto eſſent agnati. Poſt fratres, & ſorores, eorumque deſcendentes ſuccedebant defuncti avus & avia, ſi ſimul vel paterni vel materni in vivis eſſent: quandoquidē defunctus bona ſua ab iis, mediate per patrem & matrem, qui priores ea ab iis receperant, accepiſſet. Sin ex iis alteri tantum vel paterni vel materni, è vivis exceſſiſſent, ſuperſtites avi aviæque, quique per eos defuncto cognati erant, non ſuccedebant, verum hæreditas prædefunctorum avorum aviarumque hæredibus deferebatur: Hi defuncti erant patrui, avunculi, cæterique

in ſtirpes. Quod autem de avorum aviarumque hæredibus dicimus, demonſtrationis tantum cauſa, unde defuncti hæres petendus eſt dictum ſit. Cur vero defuncti hæres, ab avis, proavis, abavis, ataviſque inquiri debeat: ratio eadem eſt quam paulo ante de prædefuncti parentis hæredibus attigimus, ut nimirum defuncti bona, (quorum potiſſimum cauſa hæreditates deferuntur) eo unde initio digreſſa ſunt, redeant: igitur primo invento ſtipite, quotquot ex eo reliquæ inveniuntur ſtirpes, ſeu lineæ, (per ſtirpes etenim ſuccedi dictum eſt) totidem etiam defuncti ſeſe offerunt hæredes: qui omnes ſuum quaſi repetere creduntur, dum portiones ſibi per primam diviſionem à defuncto, ejuſve prædeceſſoribus ablatas, recipiunt. Tanto etenim illis primi ſtipitis hæreditas amplior fuiſſet, quantum hæreditaria portio primi parentis, defuncti, illis abſtulit.

Ex hiſce, ſi avorum aviarumque poſteritas defecerit, quomodo patrui magni ad defuncti ſucceſſionem vocandi ſint, elicere difficile non eſt. Et apertius Ampliſſimorum Ordd. conſtitutio politica docet, quæ verum juris Scabinici ſchema refert: Niſi quod infinita collateralium repræſentatio ad fratrum tantum nepotes, & patruorum filios reſtricta ſit, omni ulteriori repræſentatione ceſſante.

Quibus deniq; & illud pro coronide addendum: Quod inteſtatæ ſucceſſiones univerſæ Zelandiæ ex norma Juris Scabinici, tametſi nomen id Zelandis ignotum, inter legitimos hæredes diſpertiri, ſunt ſolitæ: Adeo ut & ex cognitione Juris Zelandici, jus Scabinicum vetus facile repræſentari poſſet, ſi ejus juris veſtigia nulla extarent.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM TERTIA.

Portiones quæ liberis neceſſario relinquendæ ſunt, ſi de ijs liberi non diſpoſuerint, legitimis hæredibus pacto antenuptiali nominatis, non etiam aliis, jure patrio, ſucceſſuris, deferri.

Gerrit de Vrie, contra Pieter Gerritſz. Smalling.

INſtrumento dotali, cum conjuges caviſſent: ut in bonis matrimonio collatis, quæque eorum alteri ex hæreditatibus propinquorum obveniſſent, liberi communes ſuccederent: Et ſi liberorum noviſſimus abſque prole, vita fungeretur, bona paterna hæredibus paternis: materna vero propinquis concederent maternis: Cumque duo ex eo matrimonio nati eſſent filij: Mater ultimum elogium conditura, teſtamentum quod prius fecerat, & prætcrea omnem diſpoſitionem (quam vocula *maeckinge* exprimebat) nec non omnia inſtrumenta quæ vel ſeparatim vel conjunctim cum marito confeciſſet, revocavit. Et ex integro utrunque filium inſtituit: eoſque invicem ſubſtituit: Eorum vero poſtremo ſine liberis morituro conſanguineos ſui generis proximos ſecundis tabulis ſuffecit. Cumque primo, poſt teſtatricis mortem, filius natu major in fata conceſſiſſet: deinde etiam alter vitam cum morte commutaſſet, fidei commiſſaria utriuſque ſucceſſio avunculo materni generis hæredi proximo, delata fuit: Is vero omnia bona defunctorum materna, & inter alia etiam ea, quæ jure legitimæ Trebellianicæ, filiis libera obveniſſent, occupavit. Hac re hæredes paterni commoti: dimidiam Legitimæ & Trebellianicæ, uti quæ à matre minimè gravatæ eſſent, ſibi jure inteſtati deberi exiſtimantes, Avunculum in jus coram judicibus Leydenſibus vocant, partem bonorum, quæ libera,

 abſque

abſque onere fideicommiſſi defuncti poſſediſſent, ſibi fieri poſtulantes. Patrio namque jure ita comparatum eſſe, ut bonorum ſemis, nulla ratione habita unde bona ad defunctum pervenerint, hæredibus paternis: alter vero ſemis hæredibus maternis, tametſi diſpari longe defunctum attigerint gradu, inteſtati jure deferrentur.

Avunculus contra, ita demum aſſertæ ſucceſſioni legitimæ locum eſſe, ſi contractu antenuptiali ſecus conventum non appareat. At hic, id caſu, qui evenit, placuiſſe, ut bona à matre profecta, maternis tantum cederent hæredibus: A ſe autem nihil paterni, vel quod aliunde defunctus acquiſierit, poſſideri.

Hiſce viciſſim hæredes paterni: Fruſtra hic contractum antenuptialem allegari, cum mater inſtrumenta omnia, & conſequenter etiam dotalitia, revocarit. Contractu autem antenuptiali ſemel revocato, juri patrio communi locum fieri nemini in dubium venire.

Status igitur cauſæ in eo verti videbatur. Anne mater per revocationem illam generalem, etiam contractum antenuptialem revocaſſe cenſenda eſſet? Et revocaſſe judicibus Leydenſibus viſum fuit: Hi namque legitimam & Trebellianicam cum hæredibus paternis communicandam cenſuerunt.

Appellatione deinde ad Curiam interpoſita: Hæc contra appellantem ab impetitione actorem abſolvit. Quæ ſententia poſt ſecundam appellationem etiam Senatui æquior viſa fuit. Dat. 12. Iulij 1580.

Notæ in tertiam obſervationem.

AEquior viſa fuit) Non enim movebat generalis inſtrumentorum teſtatricis revocatio: Cum ea de iis tantum inſtrumentorum ſpeciebus intelligenda eſſet, quæ ejuſdem cum ſpeciebus ibidem enumeratis eſſent generis: Cujus etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

etiam tunc ſpeciem edere parabat: Non vero de iis inſtrumentis, quæ originem ex contractu traherent: quæque teſtatrix conjunctim cum viro, antequam maritus eſſet, feciſſet. Referuntur etenim clauſulæ generales ad caſus tantum ſimiles, & quæ ejuſdem ſunt naturæ ac conditionis. *Card. in clem.* 1. §. 1. *de præbend. Bart. in l. legatorum* §. *fin.* & *in l. Titia* §. *Lucius ff. leg.* 2. Hanc porro teſtatricis fuiſſe mentem ex ipſius diſpoſitione evidens eſſe poterat: qua eoſdem ſuos propinquos liberis ſuis ſubſtituit, quos pacto antenuptiali ad filiorum legitimam hæreditatem venire placuerat, ut veriſimile non ſit, quos univerſa ſua bona ſemel præ ſanguinis amore habere voluerit: eoſdem poſtmodum velle dimidia tantum eorundem parte contentos fore, & partem alteram cum extraneis, quorum dilectio nulla, quoſque pacto antenuptiali antea excluſerat, communicari. Verum contra teſtatricem duplici vinculo maluiſſe, bona ſua conſanguineis conſervari: nimirum & pacto, & fideicommiſſo: Ideo vero etiam fideicommiſſo, ne ſi ipſi liberi, ob pacti fragilitatem ſibi hæredem teſtamento quæſiſſent, conſanguinei in univerſum à bonis ſuis forent ſecluſi; ſatius exiſtimantem portiones tantum legales, liberis permitti liberas, quam de univerſis bonis conſanguineos periclitari. Sed cum nihil filij ultimis elogiis diſpoſuerint, neceſſe eſt portiones haſce, non modo ex voluntate teſtatricis, ſed & ipſorum filiorum, qui taciturnitate pactum ſponſalitium matris honorarent, reo delatas cenſeri.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM QVARTA.

Qui bona ſua, communioni conjugali, exemit, nihilque de fructibus nominatim, cavit, Quod, ſoluto matrimonio, lucri, ex fructibus factum erit, communioni exemptum non cenſebitur.

Ian Olart van Ooſtee, contra Cornelis Coeneſz. erfghenam van Eliſabet Vierlincx.

IN Zelandia, viduus & vidua nuptias, ea lege, celebrarant: ut maritus bona ſua retineret: Mulier vero præter bonorum proprietatem etiam fructus, in commodiorem educationem liberorum ſuorum, ſibi ſervaret.

Cumque maritus ex fructibus ſuis matrimonij onera per ſexennium ſuſtinuiſſet, & quotannis nonnihil in lucro inventum eſſet reliqui: Mulier coram Magiſtratu, bonis omnibus conquiſitis, conquirendiſque, renuntiavit. Sed paucis diebus poſt, coram eodem Magiſtratu: ſeſe, reverentia maritali adductam, aſſerens: contractum antenuptialem illibatum velle ſervari, actis inſeri juſſit. Matrimonio poſtmodum, morte utriuſque conjugis, ſoluto: Cum quædam novalia conſtante matrimonio conquiſita, mariti hæredes ſibi præcipua habere, & tandem etiam divendere conarentur: Obſtiterunt comprivigni, officium Curiæ Hollandiæ nobile implorantes, quo ut traditioni ſupercederetur donec plene de cauſa cognitum eſſet, impetrarunt.

Intentionem utrique collitigantes ex ſenſu ſeu interpretatione pacti ſponſalitij metiebantur. Anne ſcilicet, eo quod maritus bona ſua reſervarit, etiam quod ex fructibus vel alias ſua induſtria ſuperlucraturus eſſet, reſervaſſe videatur? An vero cum nihil tale nominatim exceperit, lucrum illud communioni cedere neceſſe ſit?

Hollandiæ Curia, cauſa cognita nihil præter bonorum proprietatem à marito reſervatum, ſenſiſſe videtur: Venditionem namque à Reis annullandam, omniaq; in priſtinum reſtituenda locum, ac deinde novalium ineundam eſſe diviſionem, cenſuit.

Quam & Senatus ſuperior, ſententiam, appellatione à Reis interpoſita, comprobavit. Data 12. Julij 1589.

Notæ in obſervationem quartam.

C*omprobavit*) Cum enim ſimul cum ipſis nuptiis, omnium bonorum ſocietas inter conjuges contracta ſit, iis tantum bonis exceptis, quæ liquido ante nuptias peractas communioni exempta apparent: Et maritus bonorum ſuorum fructus nominatim ſocietati non exemerit, nec etiam eos exemptos voluerit, eo quod familiam ex iis aluerit, & uxori rerum ſuarum fructus ſibi habere perpeſſus ſit: conſequens eſt, prædia ex fructibus deparſis comparata bonis conquiſitis annumerari. Nec refert, quod maritus æque ut uxor bona ſua ſponſalitio pacto reſervaſſe videatur: cum ille nudam proprietatem, hæc etiam fructus, qui educationi liberorum ſuorum inſervirent, reſervarit. Bona etenim ſimpliciter reſervata in tempus tantum ſoluti matrimonij referuntur: Eo namq; tempore bona communionis jure dividenda forent niſi eorundem proprietas initio reſervata eſſet. Ideoque qui rei ſuæ fructus communes eſſe nolit, neceſſe habet nominatim id in ſtipulationem deducere: quod ni faciat, dotibus res comparanda erit. Hæ enim tametſi tacito pacto poſt ſolutum matrimonium reſtituendæ ſunt, interim tamen fructus mariti commodo, & matrimonij oneribus cedunt.

Et licet mulier omni lucro renuntiaverit: Quia tamen ea renuntiatio donationem (quæ inter conjuges prohibita eſt) ſaperet: Et in ea voluntate mulier non perſtiterit. non enim hujuſmodi donationes robur, niſi cum morte donantis accipiunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

cipiunt *l. cum hic ſtatus* §. 1. *ff. de don. inter vir. & uxor.* renuntiationis hujus ratio habita non fuit. Sed & ſi ad extremum vitæ mulier in ea voluntate perſtitiſſet: Quæſitum fuiſſet an marito ultra filialem portionem gratificari potuiſſet? refragante lege hac edictali *C. de ſecund. nupt.* Et non potuiſſe, Senatus in cauſa non diſſimili. 17. Februarij 1587. cenſuit.

Portio autem hæc filialis ita computanda erit: ut maritus lege communionis bonorum partem dimidiam præcipiat, alteram vero partem viritim cum liberis dividat: Si igitur exempli cauſa, mulieris bona ſunt mille ducēta, tametſi maritus nihil cōtulerit, is tamen ſexcenta primum auferet: Deinde ex reliquis ſexcentis, ſi duo ſint liberi ducenta illi ex liberalitate uxoris cedere poterunt. Sin vero communioni pacto antenuptiali derogatum ſit, maritus legis beneficio nihil conſequetur, ſed ex mille ducentis, quæ in bonis ſunt, quadringenta tantum habebit.

Quod & haud dubie obtinebit, tametſi pactis antenuptialibus, conſtante matrimonio utrinq; renuntiatum ſit: Quia legis beneficio non utitur, qui ſecundum legem non contraxit: Et communione ſemel excluſa, lex amplius eam non introducit; Et ſi homo introducat, pacto fit privato: pactum autem adverſus legem, nullum eſt. Quatenus vero uxor marito ejuſve liberis & contra maritus uxori gratificari poſſunt, lex præſcribit. Renuntiatio igitur, qua ultra legis modum conjuges ſibi invicem gratificantur, nullius neceſſario erit momenti.

Et licet praxis dictæ legis hac edictali, ante annos plus minus ſexaginta, primum, ut fertur, in cauſa, quam liberi Egidij Soutelandij Curiæ quondam Hollandię Advocati, contra ejus tabulas, novercæ (ſocrus noſtræ ſorori) movebant in uſum deducta fuerit: Interim tamen legis illius uſus adeo increbuit, ut virgines cum viduis liberos habentibus, nuptias contracturæ, filialem hanc bonorum portionem pacto dotali, in

li, in

li, in cauſam doüerij, ſeu lucri antenuptialis, ſibi promitti in primis ſtudeant.

Sed diſſimilem longe, hanc filialem portionem ab ea quæ liberis filialis dicitur, crediderim: Cum liberorum portio filialis, hæreditaria, & juris ſit univerſalis: liberiſque ad legitimam diminui poſſit:

Uxoris vero portio, uti ex contractu originem trahens, diminui non poſſit: ſed tanquam pars ſeu quota bonorum, abſque omni onere debeatur *l. ſi quis ſervum §. fin. cum l. ſeq. ff. leg. 2. l. mulier bona. ff. jur. dot.* Bona etenim non dicuntur niſi deducto ære alieno: *l. ſubſignatum §. bona ff. verb. ſig.*

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM QVINTA.

Creditor tametſi ſolidum debitum ab hærede mulieris petat, hæredem tamen non niſi in debiti partem alteram condemnandum.

De Voochde vande Kinderen van Claes Dircxſzoon Verhouf, contra den crediteuren vanden ſelven Claes Dirxſzoon.

COram Senatu magno Machlinienſi creditores litem chirographariam debitori de fuga ſuſpecto movebant cum Senatus ille ob Civiles hoſce motus jus Hollandis amplius non redderet. Verum Guilielmus Illuſtriſſimus Princeps Auriacus cum Ampliſſimorum Hollandiæ Weſt-Friſiæque Ordinum auſpiciis novum Hagæcomitatenſi inſtituiſſet Senatum: Qui auctoritate pari jus de cauſis cõtroverſis diceret, Principiſque Prætorium referret. Creditores coram hoc Senatu, Debitorem, quo litis reliquias (arramenta proceſſus dicimus) ſuſciperet, vocarunt. Sed Debitorę una cum uxore antequã dies dicta veniſſet, vita functis. Cre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

ditores (quod hæreditas Debitoris ſucceſſorem non inveniſſet) uxoris hæredes, qui ſub inventarij beneficio hæreditatem adierant in jus vocarunt: utq; litis reliquias ſuſciperent poſtularunt. Hæredes autem cum jamdudum adminiſtrationis ſuæ rationes reddidiſſent, bonaque hæreditaria (quæ pauciſſima erant) in Creditorum uſum deſeruiſſent, non ulterius ſeſe conveniri poſſe exiſtimantes, litis defenſionem ſubire recuſarunt. Sed Senatus hæredum rejectâ exceptione (non enim amplius inventarij beneficium hæredi præſtat quam ne de ſuo quicquam impendere neceſſe habeat) eos ut litem ſuſcipiant, condemnavit. 13. Julij 1588.

Qui tametſi ſolitam deinde litem ſuſcepiſſent, cum pro parte tantum altera, cauſam defendere tenerentur: Senatus tamen ulterius in eos ſententiam non tulit, quam pro parte crediti cujuſque media: Reſervata Creditoribus alterius partis proſequutione, adverſus Curatorem bonis mariti datum. Data 29. Julij 1589.

OBSERVATIO RERUM JUDICATARUM SEXTA.

Hæredes mariti ex contractu defuncti, in ſolidum eſſe condemnandos: tametſi mulier in partem debiti alteram condemnata ſit.

Den Curateur vanden Boel van Claes Dircxzoon Verhouf, contra des ſelfs crediteurs.

CReditores porro Curatorem non ad eam tantum crediti partem, quam Senatus reſervarat: ſed ut ſolide litem, uti cum Debitore cepta erat, ſuſciperet in jure conveniunt. Cumque ille litem uti petebatur ſuſcepiſſet: Senatus, quandoquidem priori actionis reſervatione, Creditoribus

ditoribus jus integrum, quod habebant, minime ademptum voluerit: Curatorem in ſolidum, pro chirographi cujuſque Creditoris tenore, condemnavit, eo tamen deducto quod vi prioris ſententiæ ab hæredibus uxoris conſequuturi eſſent. Dat. 13. Martij 1590.

Notæ in ſextam obſervationem.

IN *ſolidum*) Cum enim creditores, ſolius debitoris fidem ſequuti, cum eo contraxerint, ipſumque ſibi ſolide obligarint: obligatio ejus perſonæ inhęrens ab ea ne quidem pro parte divelli potuit. Sed ſi ex bonis debitoris, creditoribus ultra ſemiſſem debiti, quid ſolutum fuerit, ejus repetitio adverſus mulierem, ejuſve hæredes, actione pro ſocio, vel condictione potius ex lege, dabitur.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM SEPTIMA.

Divortio inter conjuges facto, mulierem nihilominus in partem æris alieni à marito poſtea contracti, ſi mors mariti intervenerit, obligari.

Daniel vander Haghen, contra de Weduvve van Coenraet de Mazieres.

NVptiis ea lege peractis: ut fructus rerum utrinq; conferendarum, una cum lucro & damno conjugali, communioni cederent: Cæterum, res ipſæ, citra communionem haberentur: matrimonium cum diu concors ob diſparitatem morum eſſe non poſſet: conjuges mutuo pacto divortium inter ſe fecerunt: Cumque mulier ædes dotales

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

cæteraſq; res ſuas ſibi habuiſſet, maritus ex inſtitoria Creditori mille debere cœpit: ſeqne ultronea ſententia à Curia cōdemnari paſſus eſt. Ceſſa vero die, cū maritus judicatum non faceret: Executionem in ædes dotales fieri mandavit: Verum mulier Curiæ officium implorans, ædes, quod communes non eſſent, executioni eximendas contendit. Contra maritus, Creditorque: Judicio occurrentes referunt: Tametſi ædes, ſoluto matrimonio, diviſioni obnoxiæ non eſſent, attamen eo conſtante, mulierem mariti ſubeſſe tutelę, adminiſtrationemque rerum omnium cum libera alienandi poteſtate, marito, patriæ moribus, commiſſam: Damni vero, ut & lucri rationem, poſt mortem tantum, non etiam poſt divortium voluntarium, iniri. Fruſtra igitur ædes executioni ſeu decreto eximendas poſtulari.

Curia Hollandiæ Provincialis, cauſa cognitâ, ædes non jure à marito executioni ſubmiſſas, ac proinde eas decreto eximendas cenſuit. Interpoſita porro à marito & Creditore appellatione: cum maritus extremum clauſiſſet diem, Creditor de jure ſentētiæ an bene vel male, jus reddi poſtulavit.

Senatus de appellatione cognoſcens, ſententiam priorem in irritum deduxit: & ædes, pro quingentis tantum, quæ partem mediam rei judicatæ conficiunt, recte in cauſam judicati captas pronunciavit. Data 17. Maij 1603.

Notæ in obſervationem ſeptimam.

HUjus ſententiæ ratio ſi Principi exponenda foret: Ea crebriori ſuffragio viſa fuit. Quod cum finita per mariti mortem, poteſtate maritali, exequendi mandatum à marito executori datum, expiraſſet, & indiſtractæ etiamnum ædes, libero jure ad mulierem rediiſſent: iniquum foret eas ſocietate jam ſoluta pro ære alieno mariti haſtæ ſubjici. Sed quandoquidem mulier in exolutionem partis mediæ æris alieni, à marito contracti, obligaretur, nec ipſa partem illam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

illam offerret: Quid mirum ſi Senatus (decreti jam ſolennibus auctore marito peractis: ut nihil præter extremam licitationem eſſet reliqui) ædes in eam ſaltem pecuniæ partem cujus mulier eſſet debitrix ſub haſta vendi juſſerit? Verum quid ſi tempore hujus ſententiæ poteſtas illa maritalis nondum ſoluta fuiſſet: Anne ædes ratione ejuſdem poteſtatis ob mariti debitum diſtrahi potuiſſent, contra ac Hollandiæ Curia cenſuit? Quod tametſi videtur: nihil tamen temere exiſtimandum: quandoquidem de jure ſententiæ, ea ſpecie, Senatus nihil decrevit. Sed cum pacto ſponſalitio poteſtati huic maritali derogatum non ſit: Anne ſpontaneum divortium, id ſaltem effecerit, ne poteſtas illa ad mariti debita poſtea contracta, ſeſe exerere poſſit? An vero præterea magiſtratus auctoritate bonorum alienatio marito interdici debuerit? Certe Senatus tametſi debitum hoc poſt divortium contractum eſſet, poteſtatem tamen maritalem non ante diminutam cenſuit, quam viri morte ſocietatem conjugalem diremptam conſtitiſſet.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM OCTAVA.

Vti matrimonij vinculum per divortium non ſolvitur: Ita nec communionis à lege introductæ, ſubſtantiam, per conjugum mutuam bonorum diviſionem, dirimi.

Eytgen Adriaens, contra Pieter Pieterſz: Loſrijs.

VIr & uxor ex re, operiſque ruſticis, victum quæritantes, dum male inter eos, mulieris, ut fertur, culpa, conveniret, divortium coram Notario & teſtibus ea lege faciunt, ut maritus domo cederet, & mulier viciſſim ei in redemptionem bonorum communium Carolinos trecen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

tos, annua, bima, trima die ſolveret. Maritus porro ubi uti placuerat divertiſſet, & promiſſam pecuniam quotannis recepiſſet, ad uxorem reverſus, eo pactò ab ea in domum recipitur, ut famuli loco, certa conſtituta mercede rei ruſticæ inſerviret:

Marito deinde vita functo cum ejus filia, familiæ erciſcundæ judicio in partem bonorum communium admitti poſtularet: Noverca ſemel ſe communionem à patre redemiſſe, inque ea voluntate patrem ad extremum vitæ perſtitiſſe excipit:

Contrà filia ubi ſocietatem conjugalem individuam eſſe, communionemque nullo conjugum pacto, ſed ſola morte ſolvi replicaſſet: Curia Provincialis, cauſa cognita, rerum communium inventarium confici, Reſque inter novercam & filiam ex æquis partibus dividi, pronuntiavit. Cui etiam ſententiæ Senatus appellatione interpoſita ſuum addidit calculum. Dat. 12. Julij 1594.

Notæ in octavam obſervationem.

N*Vllo conjugum pacto*) An quia mulier in tutela viri eſt, ut nec velle nec nolle habeat? An vero quia bonorum, lucri, & damni communio ſemel matrimonio incluſa amplius excludi nequeat? Quod ſi ſit: Anne magiſtratui, cauſa cognita, diviſionem bonorum inter conjuges inire licebit? Divortium certe, hoc eſt thori ſeparationem Magiſtratus ſi evidens cauſa ſubſit, facere poterit. Sed quomodo diviſio ſtabilis firmaque erit, cum poteſtas maritalis maneat, & libera rerum adminiſtratio, lege marito decreta, ei adempta non ſit? Utraque ex cauſa marito abrogari quo ad mulierem poterit. An etiam quo ad creditores? ut puta ſi maritus poſt diviſionem grande æs alienum contraxerit. (Quin autem æs omne alienum ante diviſionem conflatum, ſolvi debeat dubium non eſt) Anne creditores res à muliere poſſeſſas ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

ecutioni mandare prohibiti erunt? Quod vix ob jus communionis lege creditoribus quæſitum, prohiberi poſſe crediderim. Niſi ſimul cum diviſione, bonis marito in univerſum vel pro uxoris parte publice ſit interdictum: Tum enim & poteſtas maritalis corruet & adminiſtratio ceſſabit. Quid vero ſi maritus poſt diviſionem ad meliorem pervenerit fortunam, vel contra bonis in univerſum exciderit? Anne poſt ejus mortem, collatione bonorum à muliere facta, ex integro diviſio bonorum inter uxorem & mariti hæredes ineunda erit? An vero mulier priori diviſione contenta à bonis ſuperlucratis abſtinebit? Vel vice verſa, ſi mariti bona ſint deperdita. An ipſa mariti hæredes in partem bonorum quæ illi erunt reliqua, admittere cogetur? Qui caſus ſpeciei noſtræ propius accedit: Pro affirmativa videtur: Quod lucri ratio inter conjuges, mortis demum tempore habetur: Vnde diviſio antea facta non niſi momentanea ſeu proviſionalis dicenda videtur: Quemadmodum & thori tantum fit ſeparatio, manente matrimonij ſubſtantia donec mors eam vere diremerit. Ita & bonorum diviſio non alia mente fieri intelligitur: quam vt mulier mariti ſævitiem effugiat: vel ne egere incipiat, non vero vt communionis ſubſtantia ſolvatur. Quod magis eluceſcit: Si conjuges ſpontanea voluntate coram Notario, vel quod perinde exiſtimo coram Magiſtratu compareant, ibique diviſionem à ſe factam fateantur, petentes ut ea actis inſeratur, vel Magiſtratus eam ratam habeat. Quis quæſo diviſionem hanc utut Magiſtratus eam ratam habeat, ad cõmunionis ſubſtantiam referret? Cum igitur per ſe diviſio iſta communionem non perimat: raro autem fiat ut bona diviſa in eodem maneant ſtatu, cum conjuges non ſemper æquè ſint frugi: ſequitur ſi alter partem ſuam abſumpſerit, alter contra ſuam aut parſimonia, aut induſtria plurimum auxerit, hunc ipſum id quod ſupereſt nullo titulo retinere poſſe, niſi forte donationis: quæ quidem donatio quanquam jure Civili prohibita eſt in hunc finem, vt revo-

cari poſſit, tamen ſi in voluntate perſtitum ſit, morte videtur poſſe confirmari: Sed hunc ipſum titulum nihil huc pertinere ita apparebit, ſi conſideremus donandi animum nunquam præſumi, quem noſtro caſu conjugum neuter teſtatus eſt.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM NONA.

Mulierem quæ pacta eſt dotem ſalvam reſtitui, & poſt viri mortem, ſi lucro renuntiarit, etiam à damno immunem fore: In dubio dotem tantum retinere, verum à damni parte immunem eſſe.

Den Procureur Generael, contra de Crediteurs van Heer Otto van Aſſendelft.

CReditores bon̄is debitoris ſui ſine hærede vita functi, excuſſis: Cum de bonis etiam vxoris inquirerent fundum qui olim fuerat dotalis Fiſco poſſideri reperiunt: hunc illi evincunt, vtque haſtæ ob debitum à marito ſtante matrimonio contractum, ſubjiciatur coram Hollandiæ Curia contendunt. Fiſcus vero cum pacta ſponſalitia inter debitorē & conjugem contracta ignoraret, facile ſe patrio jure vinci paſſus fuit. Verum cum paulo poſt, ei inſtrumentum dotale ſubminiſtratum foret: quo mulier dotem ſalvam ſibi fore ſtipulata eſſet, data præterea eidē optione, qua poſt viri mortem bonis conquiſitis renuntiare & ſimul æri alieno maritali ſemet eximere poſſet: Appellatione ad Senatum interpoſita ſuperiorem, Fiſcus facta illa, vti nova Curiæ exhibuit, & eorum probationem, beneficio reſcripti principalis obtulit. Senatus vero, viſo proceſſu, facta illa nova relevare, ut loquimur, exſtimans, Fiſco per ſententiam interlocutoriam eadem probanda eſſe edixit.

Exhibi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Exhibito deinde in jure inſtrumento dotali: Creditores ad ejus elevationem, pactum dotale privati eſſe juris referunt, nec mulieri ex eo actionem niſi adverſus maritum ejuſve hæredes dari: Iniquum enim fore, ſe ſub ſpecie dotis falli: cum ſibi indagandi facultas, quid inter conjuges clam convenerit, data non ſit. Præterea clauſulam illam *qua dos ſine onere reſtituenda eſſet*, leoninam inducere ſocietatẽ, cum ſoli marito onera matrimonij ferenda forent, & mulier non niſi certiſſimum lucrum expectaret.

Senatus porro de appellatione cognoſcens leoninam ſocietatem eam cenſere non potuit, qua res ad normam juris Civilis redacta eſſet: Quo jure ſoli marito onera matrimonij ferenda eſſent, & dos æque mulieri illibata reſtituenda.

Sed cum mulier poſt mariti mortem reperta eſſet in domo mortuaria commorata eſſe, ſibique res mobiles reſervaſſe: Senatus ex iis quæ noviter in judicium deducta & probata erant, ſententiam priorem in irritum deduxit, & fundum dotalem, creditorum executioni in eam tantum æris alieni partem cujus mulier jure communionis debitrix eſſet, obnoxium pronuntiavit. Dat. 16. Novemb. 1595.

Notæ in nonam obſervationem.

D*otalis*) Vulgari loquendi modo fundus dotalis dicitur, quem mulier matrimonio contulit: qui quandoquidem ipſa nuptiarum celebratione communis factus eſt: pars ea quæ viri eſt ſoluto matrimonio recte in rem judicatam capitur: Pars vero altera ſi mulier aliunde ſolvat, executioni eximitur. Eadem ratione, bona quæ matrimonio collata, ſalva convenerit, haſtæ non ſubjiciuntur, ſi mulier parata ſit partem æris alieni mediam ſolvere: Hoc ita tamen, niſi mulier quæ bona reſtitui ſtipulata eſt, lucro futuro renuntiaverit, vel quod perinde eſt, renuntiandi optionem, poſt viri mortem reſervarit. Tum ſi à lucro abſtinuerit etiam ab ære alieno immunis erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Sub ſpecie dotis falli) Sed crediderim creditores magis falli, tabularum diu reſervatarum, inopinata exhibitione, quibus debitores facultatibus lapſi, bona ſua fideicommiſſo ſubjecta docent: Cum enim tabulæ publicæ amplius, uti olim, non aperiantur, difficilis eorum indagatio eſt, quæ ante ſæculum forte geſta ſunt: & quorum conditio hactenus non evenit. Secus longe atque in dotibus, quarum conditio non ex tabulis, ſed ex jure ſcripto (cujus ignorantia nemini prodeſt) metienda eſt, niſi quis nimia conſuetudinis fiducia ſemet ſpe lucri fallere malit. Ante etenim quam conſuetudo eſſet, jus Romanum in uſu erat: Quo vulgo non ignorabatur, dotes mulieribus reſtituendas eſſe, & nihilominus rem œconomicam ſoli marito incumbere. Interim tamen ſi creditores, præter expectatum, bonorum communionem pacto inter conjuges ſtipulatam, comperirent, ita ut liberrimæ, rei communis, adminiſtrationi maritus eſſet præpoſitus, non deſinebant uxorum dotes ob maritorum debitum haſtæ ſupponère: *arg. §. fin. Inſt. quod cum eo qui in alien. pot.* Et quod parti dimidiæ debiti ſui, deeſſet, ab ipſis mulieribus condicere. Jam vero cum ſtipulationes hujuſmodi frequentes adeo interceſſerint, ut etiam omiſſæ, ex tacita contrahentium mente, pro expreſſis haberentur, Et quod amplius eſt, jus publicum conſtituerent: Quæ injuria erit ſi hodierno tempore conjuges, præter creditorum opinionem ad jus Civile, unde conſuetudo pacto diverterat, pacto rurſum redierint? Ac potiſſimum nobiles uti hac ſpecie, qui tametſi in illorum conjugiis ipſa conſuetudinis cauſa ceſſaret, incuria tamen ſatis ſupina à jure ſcripto ſeduci ſe paſſi videntur. Quam tamen culpam, Magnatibus noſtris ſive majorum gentium nobilibus, jus ſemper ſcriptum ſequutis, non imputari concordibus votis concluſum memini: in cauſa Illuſtriſſimæ D. Palatinæ quæ illi erat cum D. Hunnepelia D. Henrici D. Brederodii hærede ultima Julij 1587.

Verum cum dotium plurima ſint privilegia mulierum favore à

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

vore à Cæſaribus introducta: mirum cur mulieres ſuo favori renuntiare, & bonorum communionem ſtipulari maluerint, cum eo ipſo ſemet creditorum nexibus pro parte adſtrinxerint. Sed hujus rei cauſa ſi indaganda ſit: ea videtur: Quod cum Belgicæ hæ regiones ob magni Oceani vicinitatem negotiatorum multitudine florerent, Et mercaturæ exercendæ res nummaria maxime uſui eſſet, juventus Batavica animum ad matrimonium applicans dotes in pecunia numerata ut plurimum conſtitui ſtipulabantur: Vnde cum frequentius, ante exactam ætatem, mercatorum res familiares ad opes immenſiſſimas excreviſſent: eique incremento mulieres uti divini & humani juris ſociæ, non modo ſortis partem alteram (æqua enim bonorum utrinque & mulieris & viri ut plurimum erat collatio) contuliſſent: ſed & fideliſſimam operam & ſæpe etiam induſtriam adhibuiſſent: Et tamen nihil præter reſtitutionem dotis expectarent: Vel, (ut mercaturæ alea ſemper eſt dubia) ſi mariti facultatibus laberentur, dotium etiam jacturam facerent: Ex uſu ſuo eſſe putarunt, ſi communem cum maritis in omnibus ſequerentur fortunam. Pactis itaque primum privatis, deinde recepto etiam jure, placuit dotium proprietatē cum maritorum bonis confundi, ut lucrum quod mariti ex communi ſorte facerent, id ſoluto matrimonio, ſuperſtiti cum defuncti hæredibus commune eſſet: Eademque analogia in damno ſervaretur: Ita ut generalis quædam quaſi ſocietas *l. 1. ff. rer. amot. l. ſi rerum ff. re judic.* inter conjuges contracta videretur: Vera autem eſſe non potuit: vera etenim ab homine contrahitur: *tit. pro ſocio ff. & C.* hæc vero, tametſi initium ab homine cœperit: legalis tamen uſu facta eſt. Nec etiam hæc principaliter per ſe, ut illa, ſubſiſtit, ſed matrimonii tantum ſequela eſt: Matrimonio namque ſoluto, & hæc neceſſario corruit. Et quanquam in matrimonio ſocietatis nomen etiam leges Civiles uſurpant: Ea ipſa tamen ſocietas ab illa altera proprie dicta, itemque à noſtra conjugali non parum differt: nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

in vera ſocietate mutua eſt obligatio, ita vt ex rebus communiter geſtis ſocij pariter teneantur. Scripto autem jure conjugum alter pro altero non tenetur *l. ob maritorum C. ne vxor pro mar. l.* 1. *C. ad l. Iul. de vi pub.* non eſt igitur vera ſocietas: vti pulchre refert *D. Bronchorſt. miſcellan. contraverſ. centur.* 1. *aſſert.* 95. *verſ. poſtremo.* Iure vero patrio maritus pro vxore non tenetur: cum enim ipſa in tutela mariti ſit, nec ſe, nec maritum obligare poteſt: Niſi quatenus vel ipſa, vel maritus locupletiores facti ſunt. Nec vxor pro marito tenetur, quia quandiu vxor eſt, perſonam ſtandi in judicio non habet. Poſt mortem vero mariti, tenetur: ſed non ratione ſocietatis, qua in ſolidum teneretur: ſed ratione communionis & poteſtatis, qua maritus communia bona, & conſequenter etiam mulieris, tutorio nomine adminiſtravit. Tutor autem eam quam in poteſtate habet, recte obligat. Sed in eo à tutela differt quod res pupilli ſalva eſſe debeat: mariti vero poteſtas rem mulieris vniverſam non tantum abſorbere: ſed & eam pro parte media æris alieni à ſe contracti, abligare poſſit: pro rata nimirum lucri quam ex adminiſtratione mariti ſperabat.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMA.

Mariti bonis ſub haſta poſt ejus mortem diſtractis: mulierem quo ad precium fundi dotalis, contra pactum conventum, diſtracti, creditorum numero non cenſeri.

MAritus fundum detalem, quem mulier ſoluto matrimonio ſibi ſalvum fore ſtipulata eſſet, diſtraxit. Eo vero vita functo cum bona ejus ſub haſta veniſſent: & creditores de precij inter ſe contributione diſceptarent: Mulier cæteris creditoribus ad eam ſummam quanti maritus fun-

tus fundum vendidiſſet, privilegio dotis præferri, contendit.

Hollandiæ Curia Provincialis, cauſa cognita, mulieris actionem non recipiendam pronuntiavit.

Cumque ab hac ſententia mulier Senatum appellaſſet: Et reſcripto appellatorio, ſententiæ executio, de more, inhibita foret: Creditores, cauſa in auditorio perorata, inhibitionis clauſulam revocari poſtularunt. Commiſſarij vero Rotulæ (ut loquimur) præfecti, creditoribus adſentientes, clauſulam inhibitoriam revocarunt, ac ſententiam datis fideiuſſoribus executioni mandandam edixerunt. Tum quod Curiæ ſententia illis æquitatis plena videbatur: Tum quod & ipſius mulieris intereſſet, ne pecunia, ejus periculo, diu ocioſa, quoad ſcilicet lis principalis decurreret, penes Grapheium ſervanda foret. Cæterum cum hactenus nihil de progreſſu ſummæ litis reſcitum, nec quicquam diffinitive à Commiſſariis (quorum me alterum memini) deciſum ſit: exercitij tantum noſtri, & juris ſtudioſorum cauſa, interlocutoriam hanc lucubrationibus hiſce noſtris interſeri placuit. Data 13. Ianuarij 1593.

Notæ in obſervationem decimam.

A*Ctionem non recipiendam*) Nō quod mulieri actio ex contractu ſponſalitio nata non eſſet, ſed quod ea talis non eſſet, qua ipſa, vel creditoribus præferri, vel cum iis concurrere poſſet: Cum enim creditorum actio, eo tempore ſit nata ac commiſſa, cum adhuc maritus, una eademque perſona, ſuo & tutorio uxoris nomine obligatus exiſteret: & cū bona non modo communia, ſed & uxoris propria (ob maritalem poteſtatē) à creditoribus in rem judicatam capi poſſent: Actio vero quam mulier prætenderet poſt mortem demum viri orta eſſet: Iniquum foret, eam quæ paulo ante, ſub perſona mariti correa debendi fuit, ſtatim cum ipſa morte mariti, adeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

riti, adeo creditricẽ fieri, ut par ejus conditio cum iis creditoribus deveniret, quibus ex eadẽ cauſa debitrix eſſet: Non enim mors ſeu caſus ſuperveniens jus alteri quæſitũ adimere ſolet, licet caſus evenerit unde jus illud initiũ capere nõ poſſit: Jus autẽ creditoribus quæſitũ erat, ne mulier executionẽ in bona mariti impedire, vel eam in lucrũ ſuum vertere poſſet. Actio porro mulieri per mariti mortem quæſita, ex pacto privato orta eſt, & creditoribus præjudiciũ non parit: verum adverſus ipſum tantũ maritũ vel ejus hæredes competit: qui cum hic nulli ſint, ad id ſolũ, quod creditoribus ex bonis hæreditariis ſupererit, ea actio utilis eſſe poterit. Et licet mulier poſt viri mortem ſolutione partis mediæ æris alieni à reliquo creditorũ nexu liberata ſit: id tamẽ ita demum verũ eſt, ſi ſolutio facta duret, & ipſa tantundem ex mariti bonis aliunde non repetat: vel ſi res hæreditariæ à marito obligatę non ſint: Id exemplo planius fiet: Duo in bonis cõmunibus ſint fundi, qui ſinguli mille valent, uterq; Titio ad duo millia obligatus: Debeantur & uxori mille. æs præterea alienũ non ſit. Si mulier mille Titio ſolvat, quia jam partem mediã æris alieni ſolvit, liberanda videtur: Sed cum hypotheca individua ſit, & non niſi ſolutione univerſi debiti liberetur, altera etiã mille ſolvat neceſſe eſt, ſi executionẽ in utrunq; fundũ, impediendam putet. Sed ſi fundi pignoris nexu Titio obligati non ſint: verũ defunctus chirographaria tantũ cautione Titio ſit devinctus: & mulier mille, ut ante, de ſuo Titio ſolvat: fundũq; alterũ ſibi, uti par eſt, capiat, ita demũ liberabitur, ſi fundum qui mariti eſt Titio exequendũ permittat, nihilq; dotis cauſa ex precio ſperet: Nam ſi privilegio dotis uti velit, nihil Titio de ſuo ſolviſſe cenſebitur: quandoquidẽ quantum ſolvit, tantundẽ Titio ex altero fundo ademit: Præſtitiſſet igitur nihil ſolviſſe: potuiſſet namque, ea ſpecie, Titius mariti fundũ ſub haſta diſtraxiſſe, & preciũ jure anterioris crediti, conſequi. Ac præterea mulieris fundũ haſtæ ſubjicere, niſi ipſa prõpta precij oblatione, ſemet à nexu creditoris liberare maluiſſet.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM VNDECIMA.

Cautum à marito, nec numeratum mulier ſoluta communione inferri, recte poſtulat.

SOluto per viri mortem matrimonio, cum bonorum partitio, inter viduam & mariti fratrem ineunda eſſet: vidua centum à marito oneribus matrimonij collata aſſerebat, quæ tamen non meminiſſet, revera numerata eſſe: Quamobrem numerationem fratri probandam eſſe, vel ei patiendum, ut ipſa tantundem cum uſuris ante ulteriorem diviſionem ex bonis communibus præcipiat, in jure poſtulat: Cumque intentionem teſtibus idoneis probaſſet: Contra Frater non teſtibus tantum, ſed & ſcriptura ad probationem pacti ſponſalitij, opus eſſe excepit. Deinde maritos, ad præſtationem eorum quæ conferre referunt, non æque, uti mulieres, ſolere adſtringi: vulgo etenim dici. *Met een man machmen loven, maer met een Bruyt moetmen gheven.* Quaſi ſatis ſit cum viris ſeu ſponſis promitti. Verum Senatus rem ſecus intelligens: eo quod matrimonium intra decennium ſolutum eſſet, & Frater ſolutionem non probaret: eum centum cum uſuris hæreditati inferre, vel pati, ut tantundem à muliere præcipiatur condemnavit.

Notæ in undecimam obſervationem.

P*Romitti)* Verum eſt, vulgo dicitur, ſed non eo ſenſu, ne promiſſores ipſo jure obligati non ſint: Sed ob liberrimam maritorum adminiſtrationem: qua, ſi fidem violare velint, ſponſores ſuos, vel ſola acceptilatione à promiſſis liberare poterunt.

Sed ſi ipſi ſponſi, ſui ſint quaſi expromiſſores, non video qua fronte, poſt ſolutum matrimonium, in partem eorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

bonorum quæ fideliter ab uxoribus collata ſunt, ſeſe recipi poſſe petant, cum ipſi non modo nihil contulerint, ſed & dolo *C.de donat.ant.nupt.in auth.de æqualit. dotis collat. 7.tit.9.* cauſam matrimonio contrahendo dederint.

Intra decennium) Eodem ſcilicet modo quo dotem, numeratio, non ſcriptura, dotalis inſtrumenti, facit. *l.* 1. *C.de dote caut.non numerat.* Ideoque qui eam numeratam adſerit, probatio ei incumbit. Niſi tamen decennium ante matrimonij ſolutionem effluxerit, tum enim ex Novella Juſtiniani numeratio præſumitur. *Auth.fin.illo tit.*

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DVODECIMA.

Collegæ.

DE SOCIETATE CONIVGVM.

An propter generalem in matrimonio bonorum æriſque alieni ſocietatem quilibet conjugum in dimidium æris alieni, ab altero conjuge ante matrimonium contracti teneatur, in utramque partem diſputatum.

Bonaventura van Oncle als houder van ſekere Obligatie, contra den Heere van Brouckhuyſen voor hem ſelven ende als Vader ende Voocht van ſijn kinderen.

BOnaventura Onclius ſyngrapham nactus trecentorum florenorum olim à Joanne Roſſemo debitore ſcriptam: ut Guidonem Malſemium Brouchuyſiæ dominũ, Leodij agentem, qui Roſſemij ex filio neptem ejuſque ex aſſe hæredem

hæredem in matrimonio habuerat, ad forum ſuum pertraheret, mandatum arreſti à Curia Hollandiæ impetrat, ſuper decimas Rijſvijckianas ipſius Malſemij, ſententiamq; contra eum obtinet, qua ſortem ſyngraphæ cum uſuris beſſibus à lite inſtituta ex decimis conſequi jubetur. Malſemius Senatum appellat, & per libellum reſtitutorium, ſeu requeſtam civilem admiſſus ad novas poſitiones, offert ſe probaturum: Decimas illas ſui ipſius patrimonij eſſe, nec in dominio uxoris aut Roſſemiorum unquam fuiſſe: ac proinde pro debito uxoris jam defunctæ arreſtari non potuiſſe. Sed quia per conjugium moribus noſtris communionem ac ſocietatem generalem bonorum omnium contraxerat, conveniebaturque ab actore in ſolidum quidem, ſed tamen partim, ut ſocius quondam ac correus uxoris, partim ut tutor liberorum ſuorum: Quæſitum ac diſputatum fuit: An univerſalis illa bonorum æriſq; alieni communio ſemel contracta, etiam retrò efficeret conjuges pro ſemiſſe correos in omnibus ante matrimonium contractis. Quod ſcilicet generali ſocietate ſimpliciter contracta ſocij æquales eſſe debeant in lucro & damno *Inſt. tit. de ſociet. in pr. l. ſi non fuerunt* 27. *ff. eod.* Quare cum maritus in partem bonorum uxoris veniat, non tantum cõquiſitorum, ſed & dotalium, æquum viciſſim eſſe, ut onus æris alieni, quo uxor ante nuptias tenebatur, pro ſemiſſe ſubeat *l. omne æs alienum ff. pro ſocio:* & cùm crediti ſit particeps, etiam debiti eſſe debere juxta lucri & damni proportionem: *ut vult Chaſſen. ad conſuet. Burg. Rubr.* 4. §. 9. *ad verbum, de tous debtes nu.*8. Effectum deniq; communionis inter conjuges jure patriæ conſuetudinis hunc eſſe, ut per matrimonium correi debendi conſtituantur, alterque pro alterius debitis etiam antè contractis obligetur ac conveniri poſſit, quam obligationem ſemel contra utrumque natam, non poſſe per diremptionem ſocietatis extingui, ſed neceſſariò etiam contra ſuperſtitem continuari. *ut latè tractat Chaſſen. ead. Rubr.* 4. §. 11. *ad verb. contre la femme num.* 2. Ita ut optio de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

tur creditoribus utrum cõtra obligati hæredem in ſolidum, an contra ſuperſtitem correum pro parte altera experiri velint. *Chaſſen. ibidem* §. 11. *in text.* Competere enim adverſus hunc condictionem ex lege, hoc eſt conſuetudine, quæ lex non ſcripta dicitur. *ut adſerit Chaſſ. ibid.* §. 11. *ad verb. pour la moitié de la debte in pr.* Obtinuit tamen pluribus ſuffragiis contraria ſententia, qua placuit, Malſemium non ex perſona ſua, ſed duntaxat tanquam tutorem liberorum ſuorum, qui uxoris mortuæ hæredes erant, in ſolidum condemnari. Quia cum ipſo neque contractum, neque quaſi contractum eſſet: ac proinde actio ulla ad agendum efficax contra eum non competeret, ex debito quod matrimonio eſſet antiquius, atque adeò ſoli debitori incumberet. Quanquam enim Francicis Burgundiciſque moribus etiam pro debito ante matrimonium contracto electio creditori detur, malitne contra ejus, quicum contraxit, ſucceſſorem ex aſſe, an contra conjugem etiam alterum pro ſemiſſe experiri; jure tamen noſtro non idem obtinere viſum fuit, poſtquam ſcilicet ſolutum eſt matrimonium: cùm & tempore contractus nulla conjugi poteſtas fuerit futurum conjugem obligandi, & nunc cum petitur, ſublata ſit ea communio, quæ ſola conjuges fecerat correos: Unde ſequi, eos qui toto matrimonij tempore debitum non exegerint, nihil juris ſibi adverſus conjugum ſuperſtitem reliquum feciſſe. Itaque liberos tanquam hæredes matris in ſolidum teneri pronunciatum eſt. Data. 1. Julij 1597.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMATERTIA.

Ejuſdem argumenti.

DEbitori filia hæres exſtitit: hæc Titio nupta, poſtquam ternos ex eo ſuſcepiſſet liberos, è vivis exceſſit. Is vero qui debitoris ſyngrapham circumferebat, tanquam literarum lator decimas quas Titius in Hollandico ſolo quaſi poſſidebat, Curiæ Provincialis mandato, arreſto includi, Titiumque Leodij morantem, per edictum in jus vocari juſſit. Cumque Titius ad diem termini judicio ſtetiſſet: Actor de more arreſtum emologari Titiumque tum ſuo, tum liberorum tutorio nomine, in ſummam trecentorum aureorum, quam liberorum avus maternus, auctori ſuo ante annos triginta debere ſcripſerat, condemnandum, cum uſuris à tempore moræ, petiit.

Titius contra: rem inauditam, nec à ſe contractam proponi: Decimaſque arreſto incluſas ſuas eſſe, nec unquam in bonis debitoris fuiſſe, referebat.

Quamobrem ſe, poſt tantum temporis intervallum, poſtque conjugalem ſocietatem jamdudum ſolutam, de eo quod diu ante ſocietatem cœptam, cum alio geſtum eſſet, quodq; toto matrimonij tempore creditor clam habuiſſet, nulla ratione conveniri poſſe.

Curia cauſa cognita, arreſto decretum confirmans, Titio, tum ſuo tum filiorum nomine pecuniam poſtulatam cum uſuris à tempore litis motæ ſolvendam eſſe, cenſuit.

Appellatione deinde interpoſita: Senatus ex iiſdem actis jus reddens Curiæ ſententiam in irritum deduxit, Titiumq; petitam pecuniæ quantitatem uſuraſque à Curia dictas, tutorio filiorum nomine ſolvere, ex filiorum bonis, condemnavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Notæ in tredecimam obſervationem.

T*Vtorio filiorum*) Sed ſi liberi judicatum fecerint, anne actio iis adverſus patrem pro altera debiti parte communionis jure dabitur? Deciſioni non interfuit: Sed videor à collegis intellexiſſe actionem ex plurimorum ſententià dandam. Quid igitur ſi liberis bona non ſint: Anne actio quæ illis contra partem competit in judicatum capi, ſi ſponte ceſſio non fiat, poterit? juris eſt.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMA-QVARTA.

In latinum tranſlata ex obſervationibus D. PEREGRINI LONII celeberrimi quondam Curiæ Hollandiæ Conſiliarij, quas proceſſuum in jure conſiſtentium inſcripſit.

Bona qui ſe conferre dicit: libera præſtare debet.

INter bona, quæ ſponſalibus contractis, futuri conjuges ſeſe habere, & in commune conferre, referunt, Maritus quoque fundum patrimonialem, quem paulo ante nexui ſeu hypothecæ, ad duo florenorum millia ſuppoſuerat, onere ſuppreſſo, recenſuit. Dotali deinde confecto inſtrumento, omnium bonorum ſocietas, pro conſuetudine Hollandiæ Meridionalis contracta fuit: ut nempe ſoluto matrimonio bona quæ prædefuncti hæredibus ex diviſione cederent, ſucceſſione perpetua (uti ipſi interpretabantur) ad ejus lateris hæredes unde deveniſſent, devolverentur, nec unquam ad ſuperſtitem conjugem pervenirent.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Cum vero conſtante matrimonio mulieri ex ſucceſſione avi paterni ampla hæreditas obveniſſet, ſed fideicommiſſo obnoxia: maritus præmoritur: cui filius ſucceſſit: Qui cum infra annos pubertatis extremum clauſiſſet diem, ejus hæreditas agnatæ alicui, matre pacto antenuptiali excluſa, delata fuit.

Cumque in bonis dividendis Matri non æque cum hærede conveniret: Re in judicium coram Hollandiæ Curia introducta, Mater ibidem petiit: Seſe adverſus creditores, qui pecuniam marito ſub hypotheca fundi collati credidiſſent, indemnem ſervari. Deinde tãtam pecuniæ ſummam, quanta conſtante matrimonio iiſdem creditoribus, à marito ſoluta eſſet, ante omnem diviſionem, ab adverſaria inferri. vel ut ipſa pateretur tantundem ex bonis hæreditariis à ſe præcipi: Denique ſeſe non teneri, nec obligatam eſſe, ipſa hæreditatis corpora, reſtitutioni ex fideicommiſſo avito ſubjecta, in diviſionem conferre: Verum ſeſe fructuum collatione, quam quotannis quo ad viveret offerebat, liberari.

Cauſa deinde à D. Lonio 18. Decembris 1580. in frequentiori Curia relata: Tametſi, uti ipſe refert, videri poterat per contractum antenuptialem, cui & patrium jus conveniret, ſocietas omnium bonorum inita, & conſequenter etiam æs alienum ante matrimonium à marito contractum, communioni ceſſiſſe: Eo quod tum maxime conjuges divinæ & humanæ domus ſocii dicerentur, cum omnium bonorum ſocietas eſſet contracta *l. 1. ff. Rer. amot. l. adverſus C. de crim. expil. hæred.* In contrariam tamen ſententiam omnium calculo, itum eſſe oſtendit. Actrici namque petitam indemnitatem, & pecuniæ ſolutæ in tributum deducendi neceſſitatem, adjudicatam. Quia tunc demum, ex aſſerta conſuetudine æs alienum ante contractum matrimonium conflatum commune eſſet, cum nullæ inter conjuges, vel ſaltem quæ communioni non adverſantur, pactæ ſint conditiones.

Cæterum ſi inſtrumento dotali contrahentes bona, quæ dicunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

dicunt ſe habere, & conferre, recenſent, non videri ea bona collata niſi deductis oneribus, *per l. mutuis ff. pro ſoc.* Tum quod verbum *habere in bonis* cum effectu intelligi debeat *l. nomen filiorum in fin. ff. verb. ſing. l. 2. §. perveniſſe verſ. ſed & ſiquid ff. act. vel hæred. vend. D. Præſes conſ.* 55. Tum quod in pactis dotalibus argumentum à contrario ſenſu validum firmumque haberetur. *D. Præſes conſ.* 91. *l. inter ſocerum §. cum inter ff. pact. dotal.*

Cum igitur maritus bona quæ in commune conferret ſcripto mandarit: ex contraria vi pacti, onera quæ conſulto reticebat contuliſſe eum non videri. Si namque ea expreſſiſſet: aut nuptiæ non fuiſſent ſequutæ: aut id actum, ut ipſi marito, ejuſve hæredi, onera de ſuo, ſoluto matrimonio, ferenda eſſent. Quibus etiam accedere, quod æs alienum non veniret in rationem ſocietatis niſi ſtante ſocietate contractum *l. ſed nec æs alienum & l. jure ſocietatis ff. pro ſoc.* quandoquidem id quod ante ſocietatem accidit in ſocietatis rationem venire jura negarent *l. per hoc judicium in fin. ff. com. divid. l. & pacto §. ſed & ſi dolo ff. fam. erciſc.* Denique cum in judicio ſocietatis maxime exuberare debeat bona fides: iniquum fore, dolum mariti uxori obeſſe, hæredemque mariti ex dolo ejus locupletari *l. cum duobus §. venit autem ff. pro ſoc.*

Quatenus vero conditio à muliere oblata eſt, qua paratam ſe oſtendit fructus annuos corporibus retentis erogare: Et unanimis votis Curiam ſine difficultate, aſſenſiſſe.

Verum haud parum Senatores ſuſpenſos habuiſſe: An legitima quæ gravari non potuit: & Trebellianica, quæ ſimul ſemiſſem conficiunt in contributionem venirent. Sed cum hujuſmodi detractiones ſint beneficia juris quæ hæres implorare, ſi velit, poteſt, vel etiam totam hæreditatem ſi nolit, reſtituere: Et Trebellianicæ locus non ſit cum teſtator alienatione prohibita, res in familia manere voluit *Auth. ſed in eo C. ad l. falc.* pro actrice concluſum fuit, ſed frequentiori tantum calculo.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMAQVINTA.

Collegæ.

DE NVPTIIS.

Matrimonio in facie Eccleſiæ contracto, inducitur bonorum communio, etiamſi ante copulam carnalem ſubſequutam id ipſum morte alterutrius diremptum ſit.

Maerten Mathiiſſz. contra de Voochden van Agniesken Floriſdochter.

FLorentius & Eliſabeta cum ſine pacto ullo antenuptiali in facie Eccleſiæ præſentibus conſanguineis matrimonio juncti eſſent, dum ſub altam noctem domum properant, (poſtridie nuptias celebraturi) lacu quodam qui tranſmittendus erat, una cum conſanguineis ſubmerguntur. Inter hæredes ſponſæ ac ſponſi de ſocietate communione mutua bonorum (quæ per matrimonium jure noſtro contrahitur) lis orta fuit: Actoribus eam urgentibus, ac dimidiam bonorum maritalium partem vindicantibus: Reis è contra intacta ſponſa & concubitu non ſecuto matrimonium conſummatum fuiſſe negantibus: *Idque ex ſententia Panorum. vol. 1. conſ. 1. nu. 45. & ſeqq. Anton. Nattæ vol. 2. conſ. 290. nu. 4. allegantis c. debitum, de bigam. Tiraquelli de legib. connubial. leg. 16. nu. 22. & quorundam aliorum.* Atque etiam ex conſuetudine noſtra, qua ſponſæ primis nuptiarum ſolennibus non inter conjuges (ut fit poſtridie) ſed inter innuptas collocantur. SENATVS communionem bonorum decrevit: Cùm enim per conjunctionem illam conjugalem in facie Eccleſiæ rite peractam individua ac indiſſolubilis vitæ ſocietas

contracta, & non jam ampliùs ſponſus ac ſponſa, ſed revera maritus ac uxor effecti ſint, nec ad vinculum matrimonij ſtabiliendum quicquam per concubitũ ſeu copulam carnalem adjici poſſit, merito etiam ſocietas bonorum jam ab eo ipſo tempore inchoata atque inducta cenſeri debuit. Quod ut ſacris literis conſonum, ita & expreſſo jure civili ſtatutum eſt *in l. cùm fuerit* 15. *ff. condit. & demonſt. l. nuptias, de Reg. Iur. l. ſancimus* 24. *in verb. ſed ex quo vota nuptiarum re ipſa proceſſerint C. de nupt. Arg. l. cum in te. & ibi Salicet. l. ſi à ſponſo C. de donat. ant. nupt.* Imo & idem de ea virgine, quæ duntaxat per verba de præſenti deſponſata eſt, ſtatuitur & concluditur *à gloſſ. in l.* 3. §. 1. *ad verb. concubinæ ff. de don. int. vir. & ux. Panorm. ad Rubric. de ſponſ. nu.* 4. *Pet. Peckio de teſtam. conjug. lib.* 4. *c.* 11. & *Andr. Gail. lib.* 2. *obſ.* 80. *nu. Sicque à Senatu Pariſienſi judicatum fuiſſe VII. ſept. ann.* 1553. & 1959. *tradit. Charond. le Caron. ad conſuet. Pariſ. & lib.* 7. *de reſponſes du droict obſervé en France chap.* 71. adſerens concubitum non eſſe neceſſarium ad perfectionem matrimonij, cùm etiam virgo poſſit eſſe uxor. *l.* 7. *ff. de rit. nupt. l. licet. C. de inceſt. nupt.* Data 4. May 1599.

OBSERVATIO RERUM JUDICATARUM DECIMA-SEXTA.

Collegæ.

Ejuſdem argumenti.

IPſo die, quo matrimonium publicè erat celebratum, conjuges naufragio perierunt, nondum habita conſuetudine conjugali. Quærebatur an horum bona inter utriusq; hæredes, tanquam communia, forent dividẽda. Dubium faciebat; quod communi uſu loquendi attento, maritus & uxor proprie dicuntur poſt concubitum; ante Sponſus & Sponſa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

*Sneid.ad tit.Inſt.de nupt.part.1.de ſponſalib.num.*4. Et quod verba Conſuetudinis, quę contra jus Civile Romanorum communionem introducit, ſtrictam interpretationẽ recipiant, *Bald. in l.quicunque C.de ſerv.fugitiv.* ac in potentiori ſignificatu ſint accipienda *Bart.in l.omnes populi. de Iuſt.& Iur.num.*58. Verum Senatus intellexit, conjugum jure & hos cenſendos, ac communitati bonorum jure noſtro locum eſſe, non à tempore concubitus, vel quo maritus incipit ſuſtinere onera matrimonij, ſed ſtatim à legitima corporum animorumque conjunctione, quæ ipſam bonorum communionem operatur ſimul ac in facie Eccleſiæ per Sacerdotem, vel à Magiſtratu, ſolemni more mulier viro & copulata & tradita: Haud ſecus ac olim poſt ſolennem deductionem mulieris in domum mariti matrimonium perfectum habebatur, quamvis nondum in cubiculum veniſſet. Nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, *l.cum fuerit* 15. *de condit.& demonſtr.* Ideoque & eum, qui abſens domi ſuæ uxorem accepit, dein rediens à cœna juxta Tiberim periit, ab uxore lugẽdum eſſe, & in hoc caſu virginem & dotem, & de dote habere actionem Paulus reſpondit, *l. denique 6. l. ideoque 7. de rit. nupt.* Donationem quoque, quæ nuptiarum die facta eſt, ſi in domo uxoris donum accipiatur, ante nuptias factam videri; ſed ſi penes ſe dedit ſponſus, retrahi poſſe legimus; uxor enim fuiſti, *ait Imperator in l. cum in te. C. de donat.ant.nupt.* Eſtque hoc generaliter ſtatutum, ut in qualicunque pacto, ſi nuptiarum mentio facta ſit, conditionem impletam eſſe intelligamus, ex quo nuptiarum acceſſit feſtivitas, & vota nuptiarum reipſa proceſſerunt, *l. ſancimus* 24. *de nupt.* ac huic deciſioni adſtipulatur illorum opinio, qui bona communicanda eſſe ſtatuunt, tametſi mulier quæ nuptias contraxit & ad domum viri eſt deducta, ante copulam moriatur, *Salycet. ad d.l.cum in te. circa finem.C.de donat.ant.nupt.Iaſon.in l.divortio §.interdum num.*16. *ſol.matrim.Socin.ad l.cum fuerit* 15. *de cond. & demonſtr. Anton. Gama.deciſ. Luſitan.*124.*&* 487.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMA-SEPTIMA.

Ejuſdem argumenti.

VIduus cum virgine, agri Renolandici accolæ, nuptias celebraturi, cymba proximum pagum petunt, ubi rite peractis ſolennibus dum ſub noctem eadem cymba domum properant: Navi tempeſtatis vi ſubverſa, ambo ulnis ſeſe mutuis arctiſſime complexi, mortui ex undis retracti ſunt. Cumque iis parentes juſta facerent, uno utrunque condiderunt tumulo. Verum cum æqua bonorum collatio utrinque non eſſet, ſed ſponſæ dos longè minor: Ejus pater, jure communionis bona omnia in duos ſemiſſes dividi, alteramq; ſibi ſemiſſem titulo hæredis addici, in jure poſtulavit.

Contra vero ſponſi filia ac hæres: tum demum matrimonium plene cõſummatum dici, cum poſt ſacra peracta etiam concubitus ſit ſubſequutus: Eo namque nomine, ac ratione, eos prima nuptiarum die, quandiu ſponſa in cubiculum deducta non eſt, etiamnum ſponſum, & ſponſam vocari: unde etiam non ante donationes nuptiarum cauſa factas, pactaque ſponſalitia ſubſiſtere: In tantum ut ſolenni majorum more receptum ſit: ut poſt reditum demum ex templo, ſeu ab eccleſiaſtica, ut loquimur, benedictione, inſtrumentis antenuptialibus ſubſcribatur: eaq; ſigillis eorum, qui ſponſalibus interfuerunt, muniantur. Quod haud dubie factum minime foret, ſi majores noſtri ſtatim à benedictione, ſponſos ſponſaſque pro veris conjugibus habuiſſent: Eos etenim non ignoraſſe, quin donationes inter conjuges eſſent prohibitæ: ac proinde ſerius ſponſæ donari poſtquam uxor eſſe cœperit *l. cum in te C. don. ant. nupt.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Cum igitur ex hiſce pateat matrimoniũ ſupremum complementum non recepiſſe: Et certum ſit, veris tantum conjugibus, Hollandiæ moribus, bona communicari: Conſequens eſſe: non jure, bona ſponſorum noſtrorum, ex æquo dividi ab adverſario poſtulari.

Senatus cauſa cognita: actori bonorum diviſionem, uti eam petierat, adjudicavit.

Notæ in decimamſeptimam obſervationem.

A*Djudicavit*) Nota etenim eſt regula: Nuptias non concubitum ſed conſenſum facere, *l. Sancimus C. de nupt. l. cum fuerit. ff. de cond. & demonſtr.* hinc etiam virgo uxor eſſe poteſt, *l. 7. ff. rit. nupt. d. l. cum fuerit. l. licet C. inceſt. nupt. l. jubemus C. de repud. c. beata. c. omne 23. q. 2. c. penult. de ſponſ. duor.* tametſi in cubiculum nondum venerit. Quemadmodum autem Romanis, ſola deductione in domum ſponſi, poſt adhibitum conſenſum, nuptiæ perficiebantur: Ita & nobis ad ſummam matrimonij celebrationem ſatis eſt, ſi poſt ſponſiones reciprocas, eccleſiaſtica (ob eam quam Jus divinum in nuptiis vendicat partem) accedat benedictio.

Quod autem Majores, inſtrumentis antenuptialibus, poſt peracta demum ſacra, ſubſcriberent, non eo factum, quaſi per ſcripturam contrahere vellent, ſed, quo animi perſeverantiam in re maxime ſeria, magis ac magis oſtenderent, duplici vinculo, & conſenſus, & literarum hujuſmodi pacta robur accipere, voluerunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERUM JUDICATARUM DECIMA-OCTAVA.

D. Præſidis

De pactis Antenuptialibus: & quando contractus in ſcriptis celebratus dicatur: quando non.

1. *Vbi convenit ut in ſcriptis contrahatur, tunc contractus ante confectionem Inſtrumenti perfectus non cenſetur.*
2. *Pactum antenuptiale ſine ſcripturâ celebrari poteſt.*
3. *In contractibus qui ſolo conſenſu ac ſine ſcripturâ perficiuntur, ſi poſt conventionem peractam ſcriptura à contrahentibus requiſita ſit, ea ad faciliorem duntaxat rei geſtæ probationem ac memoriam requiſita fuiſſe cenſetur, non autem ad validitatem: niſi diſertè aliud actum ſit.*
4. *Baldi ac Caſtrenſis rejecta opinio, qui ſcripturæ inter contrahentes mentione facta, eaque non interveniente, indiſtincte contractum imperfectum pronuntiant.*
5. *Mulier chirographo cum marito ſubſcribens, ſi debitum jam ante matrimonium à marito ſolo erat contractum, nec quicquam ex ea pecunia in rem communem verſum, pactoq́; antenuptiali communio bonorum excluſa ſit, tuta eſt SC^{to} Velleiano.*
6. *Mulier mercatrix, in negotio cui præpoſita eſt, moribus noſtris, maritum, ſeſeque obligat.*

ELiſabeta nuptura Martino quem obæratum ſuſpicabatur; ne propter generalem bonorum atque æris alieni ſocietatem (quæ per matrimonium recepta totius Hollandiæ conſuetudine cõtrahitur) à creditoribus mariti conveniri poſſet, coram Notario ac tribus fide dignis teſtibus contractum antenuptialem init, quo ſtipulatur, ne alter pro alterius

alterius conjugis debitis conveniri ſive perſonali ſive in rem actione poſſet, utque ſoluto matrimonio dotem ſalvam habeat. Verùm cùm de hoc quidem pactis ſatis utrimq; conveniſſet, ſed præter id, aliud quoddam pactum inſtrumento contractus antenuptialis per errorem Notarij adſcriptum eſſet, convenit ut eo nitidius deſcripto atq; errore correcto, poſtridie à cõtrahentibus ac teſtibus ſubſcriptio fieret: quod tamen ſive per tergiverſationẽ ſponſi, ſive per negligentiam Eliſabetæ effectum non fuit, ſed nuptiæ ante inſtrumenti confectionem ac ſubſcriptionem peractæ. Conventa poſtmodum extrajudicialiter à Petro vetere mariti creditore, chirographo mariti & ipſa ſubſcribit, ſeque una cum marito debitricem Petro 800. florenorum EX CAVSSA MVTVI profitetur. Marito non ſolvente, cùm ipſa in jus vocata ad ſolutionem urgeretur, non ſolùm ex chirographo cui cum marito ſubſcripſerat, ſed etiam ex generali bonorum communione ac ſocietate per matrimonium cùm marito contracta: illa excipit, Pacto ſuo antenuptiali ſocietatem illam omnium bonorum inter ſe ac maritum ab initio fuiſſe excluſam; ideoque ſeſe hoc nomine pro debitis mariti conveniri non poſſe. Adverſus chirographi autem ſubſcriptionem beneficio S. Cti. Vellejani tutam ſe eſſe. Creditor replicans, negat pactum ullum antenuptiale inter ipſos interceſſiſſe.

1. Quippe quod nec in ſcriptum legitimè redactum nec â quoquam ſubſcriptum ſubſignatúmve ſit, ſicut cõvenerat. Quo caſu contractus non pro impleto ſed pro incepto ſeu in animo cõcepto tantùm habetur. *ut eſt ſententia Baldi & Caſtr. in l.contract. C.de fide inſtr.* Deinde nec eam S.C. Vellejano juvari, cùm ſit mercatrix quę ſecundum conſuetudinem hujus patriæ validè contrahit, ſeſeque obligat. Illa duplicante pactum antenuptiale ſine ſcriptura ſola verborum convẽtione perfectum fuiſſe: HOLLANDIÆ CVRIA eam in ſolidũ condemnat. Appellatione ad SENATVM interjecta, SENATVS Curiæ ſententia reſciſſa Ream à petitione Actoris abſolvit.

2. Cùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

2. Cùm enim pacta antenuptialia etiam ſine ſcriptis celebrari poſſint (ut omnes Aſſeſſores ſentiebant; licet plerumque in iis ſcriptura adhibeatur, ut & fit in venditionibus rerum immobilium, quæ tamen ſolo conſenſu perficiuntur:) Ac pactum illud jam ante ſcripturam adhibitam, inter partes conſtitutum ac definitum fuiſſe notarius ac teſtes affirmarent.

3. SENATVS ſcripturam duntaxat ad faciliorem rei geſtæ probationem ac memoriam, non autem ad pacti ipſius ſubſtantiam ac validitatem (id quod exprimẽdum fuerat diſertè) à contrahentibus requiſitam fuiſſe cenſuit: Sequutus Reſcriptum *l. pactum quod bona fide. C. de pactis. l. contractus. C. de fide inſtr. ac ſententiam Bartoli & Ioannis Fabri in d. l. contractus. Quibus & adſentit Mynſingerus decade* 10. *Conſ.* 91. *num.* 4.

4. Quæ ſententia multò æquior, quàm Baldi & Caſtrenſis Senatui viſa eſt, qui ſcripturæ inter partes mentione facta, ea deficiente indiſtinctè contractum imperfectum judicant. Et ſecundum hanc Bart. opinionem Alciatus d. l. contractus interpretatur *in annot. ad d. l. pactum quod bona fide num.* 22. *C. de pact.* eamque multis exemplis contractuum (etiam eorum qui plerumque in ſcriptis fieri conſueverunt) confirmat. Vt & pro ea pronuntiat Antonius Teſſaurus in deciſ. Pedemont. 197. in hanc ſententiam: vt ſcilicet, contractus, qui ſine ſcriptura celebrari poteſt, etiam ante eam perfectus dicatur, quando partes à principio ſimpliciter contrahunt, ac deinde dicunt ut ſcriptura fiat, ac de eo rogetur inſtrumentum. Quamvis enim id confectum non ſit, contrahentibus tamen pœnitentiam non relinqui. Qui & ita fuiſſe judicatum ait à Senatu Pedemontano, allegans in eandem ſententiam D.D. quamplurimos ac gl. in d. l. contractus communiter approbatam rejecta contraria Caſtrenſis opinione.

5. Chirographi autem ſubſcriptio ſola Eliſabetam obligare non potuit: Quippe cùm ex adverſarii ipſius confeſſione, cõſtaret debitum hoc ſive mutuum à marito ante initum matrimo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

matrimonium contractum, ac proinde tempore ſubſcriptionis nullam pecuniæ numerationem factam, nec quicquam ex eo credito in rem Eliſabethæ aut communem verſum fuiſſe. *Quò faciunt textus l. vir uxori 17. §. mulier & Titius ff. ad S. C. Velleian. & ibi. Bart. l. ſed Iulianus 9. §. idem ait ff. ad S. C. Maced. l. jure ſocietatis 83. ff. pro ſoc. Idemque in eadem facti ſpecie decîdit Carol. Molin. in tract. de uſur. quæſt. 38. nu. 291. & 292.*

Quamobrem non aliter quam fidejuſſorio nomine ſe obligaſſe, cauſaque mutui, quæ chirographo per quæſitum colorem inſerta erat, non niſi in gratiam mariti veri debitoris adjecta fuiſſe cenſeri potuit. *Arg. l. ſi pupilli 6. §. 1. & ibi Bart. nu. 5. ff. de negot. geſt. D. D. ad l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrimon.*

Poſtremo nec ideò magis pro marito ſe obligare potuit quod mercatrix eſſet ac cauponiam exerceret:

6. Quia licet moribus noſtris Mulier mercatrix in negotiatione cui præpoſita ſit, maritum ſeſeque obligat: In fidejuſſionibus tamen aliiſque conventionibus, quas extra negotium ſuum fecerit, Juris ſcripti beneficiis frui non deſinit. Pronunciata ult. Juli 1599.

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM DECIMANONA.

Collegæ.

Ejuſdem argumenti.

Die ſponſaliorum, amicis utrinque præſentibus, actum fuit de conditionibus, ſecundum quas inter futuros conjuges matrimonium ritè contraheretur: inter cætera fuit expreſsè cautum, ne communioni bonorum locus eſſet; neve ob debita ab uno antea contracta, alter eorum cõveniretur: Sed quia tum ſerum diei advenerat, Notario à contrahentibus mandatũ fuit, ut de conventis ſequenti die

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

inſtrumentum cõficeret: cujus tamen ſubſcriptionẽ ſponſus rogatus poſtea recuſavit, propter inſertã clauſulam, de alendis ac educãdis ex priore matrimonio ſuſceptis liberis, quod ejus nullam contractus tempore mentionẽ factam, diceret. Nuptiarum verò feſtivitas nõ eo minus ſtato die fuit peracta: cumq; maritus poſt aliquod tempus crediti nomine, ante initum matrimoniũ à ſe contracti, interpellaretur; conjunctim cum uxore, quaſi jam tùm primo pecunia mutuo data eſſet, ſolutionem petitæ ſummæ ad certũ diem novo chirographo creditori addixit. Ceſſo die, uterque judicio eſt conventus. Maritus ſpreto Judicis mandato, ex contumacia creditori fuit condemnatus: ſed inopia tutus. creditor contra uxorem litẽ proſequitur. Hæc ſe, vigore antenuptialis conventionis, cõſuetudinario juri derogantis, ad debitorum, à marito ante matrimonium contractorum, ſolutionẽ, minimè obſtrictam eſſe, aſſerit. Nec quicquam ſibi obeſſe, quod mariti minis adducta, novo inſtrumẽto ſubſcipſerit, cum certum ſit, nihil ex hac pecunia in utilitatem ſuam converſum; nec mulierum privilegiis à ſe renuntiatũ eſſe. Creditor autem negat ullum antenuptiale pactum inter contrahentes fuiſſe concluſum; nam cum Notario mandaverint ut de propoſitis conditionibus inſtrumentum conficeret, hinc colligit, contrahentes ad perfectionem contractus ſcripturam, ſeu inſtrumẽti confectionem deſideraſſe, *juxta text. l. cõtract. C. de fid. inſtr.* quæ cum in hoc caſu non intervenerit; nullam putat ex pactis præambulis ſive tractatu, hic admittendam eſſe exceptionem: contractus enim vis omnis in concluſione conſiſtit, *l. ſi voluntate. & ibi Bald. C. de reſcind. vend.* fruſtra quoq; hic mulierum privilegia obtundi autumat, cùm rea conventa certæ negotiationi à marito prępoſita, moribus noſtris, ſive ſola, ſive cum marito contrahat, efficaciter obligetur. Judex inferior mulierem in ſolidum condemnavit. Cauſſa autem per appellationem ad Senatum devoluta, habita prius repetitione teſtium, qui ſponſalitiis pactis interfuerant, ſententia prioris judicis

dicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

dicis fuit reſciſſa, ac rea conventa à petitione actoris abſoluta. Rationes decidendi fuerunt: Quod ad ſolemnitatem horum pactorum dotalia inſtrumenta non requirātur, *VVeſemb. in Parat. de pact. dotal. num.* 4. ſed ſufficit quod per teſtes probentur. Nec refert contractus tempore ſcripturæ ſeu inſtrumētorum confectionis, mentionem aliquam hic factam; Nam quoties de ſui natura contractus ſcripturam non deſiderant, ſimplex ſcripturæ mentio, ſecundum diſpoſitionem juris, & ipſius actus naturam adjecta cēſetur, ut ſcilicet ſcriptura non ad actus perfectionem, ſed ad rei geſtæ probationem faciat, *Salycet. ad d. l. cōtract. nu.* 9. *C. de fid. inſtr. Franciſc. Aretin. in l. tranſegiſſe C. de tranſact.* Quod ipſum & eo magis hic obtinet, quia Notarius rogatus eſt conficere inſtrumentū de pacto jam firmato & conventione cōcluſa; quo caſu etiamſi ſcriptura non interveniat, contractus tamē perfectus eſt, nec licet partibus ab illo recedere; niſi hoc expreſsè actum ſit, ut non aliter valeat quod conventum eſt, quàm ſi ſcriptura ſit confecta, *d. l. contractus & ibi gloſſ. & dd. Antonin. Teſſaur. deciſ. Pedemont.* 197. *per tot. Alciat. ad l. pactum quod bona fide C. de pact. Alv. Valaſc. de Iur. Emphyt. quæſt.* 7. *nu.* 9. Atqui conſtat hoc inter hoſce contrahentes dictum non fuiſſe; Rectè ergò dicimus hanc ream conventam ſpeciali conventione adverſus jus noſtrum conſuetudinarium eſſe munitam. Contra chirographi verò ſubſcriptionem expreſſo jure juvatur; Nam tametſi ea ſe principalem debitricem petitæ ſummæ fateatur, non tamen ideo beneficio Vellejani (cujus hic nulla renuntiatio facta eſt) privatur: pro alio enim ſe ream cōſtituit. *Antonin. Teſſaur. deciſ. Pedemōt.* 222. *nu.* 14. Imò quia crediti inſtrumento proprio viro conſenſit, ac ſeipſam obligatam fecit, hoc ipſum nullatenus valet: ſed ita eſt ac ſi neque factum quicquam neq; ſcriptum eſſet, ni manifeſtè probetur, quod pecuniæ in propriam ipſius mulieris utilitatem expenſæ ſint, *text. in auth. ſi qua mulier C. ad S. C. Vellejan. Teſſaur. dec.* 223. Non obſtat huic deciſioni quod moribus noſtris eæ mulieres quæ

negotiantur, ſemet maritoſque ſuos validè obligent. hoc enim in iis tantummodo contractibus verum eſt quæ mercaturam, quam in communem utilitatem exercent, concernunt: quoties autem pro aliis intercedunt, vel quid gerunt, quod cum negatione, cui præpoſitæ ſunt, nihil commune habet, tunc Juris ſcripti beneficia haud quaquam ipſis denegantur.

OBSERVATIO RERUM JUDICATARUM VIGESIMA.

Damna, bonis conjugum non communicatis, belli injuria data, ſoluto matrimonio compenſanda ſunt pro rata: Quod alteri ſupplendum ex communiter acquiſitis.

NUptiis ea lege peractis ut ſoluto matrimonio, conjugibus bona cuique ſua ſalva eſſent: cæterum bona conquiſita communioni cederent: maritus ubi ædes mulieris ſex aureorum millibus collato in diem pretio vendidiſſet, ſchedulam conſcripſit, qua bona omnia conquiſita, & quanti ſingula æſtimaret recenſuit: uxorique optandi ex iis facultatem, ad ſena uſque millia, dedit. Eo deinde vita functo: uxor mariti ſcriptum, hæredibus ejus offert, optandique facultatem petit. Petitioni vero prioris matrimonij filiæ occurrunt: quæ, tametſi ſchedulam patris manu deſcriptam, agnoſcerent: eam tamen novercæ à patre traditam non probari: patuiſſe etenim ei ad patris ſcripta, aditum. Sed & ſi ſchedulam à patre traditam probari poſſit, negotium cœptum tantum non etiam tranſactum ex eo liquere, quod ſchedula à nemine eſſet ſubſcripta, nec annum nec diem contineret. Deinde cum id tantum reſtituendum ſit, quod propter rem marito obvenit, *l. non ſolum ff. Iur. dot.* non integra ſena millia deberi: ſed interuſurium decem annorum, quorum demum decurſu precium perſolutum eſſet, deduci opor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

oportere: tanto etenim tempore ædium fructu, vel juſti precij uſuris, patri carendum fuiſſe. Huic vero ſimile non eſſe quod I. C. Papin. reſpondit: Si mulier pecuniam ſibi debitam à Seio cum uſuris futuri temporis, in dotem dederit, eas uſuras dotis quoque portionem eſſe, quarum dies poſt nuptias ceſſit: Quia non tantum pecuniam ſed & uſuras principaliter mulier in dotem dediſſet: Interuſurium vero quod petitur, in dotem datum non eſſe: ſed extra rem, patris lucro ceſſiſſe.

Sed cum & patri inſula fuiſſet, quæ illi injuria belli civilis funditus exuſta ſit: dumnumque pater, quanti minimi, octonis æſtimarit millibus: Et uxori eodem tempore villa, eadem belli injuria exarſerit: quæ patris conſenſu à colono communibus expenſis reſtaurata eſſet: æquum videri, ut etiam inſulæ damnum ex communibus bonis reſarciatur.

Hiſce viciſſim vidua: Maritum biennio ante mortem, ſcriptum de quo ageretur, ſibi tradidiſſe: optioni vero tempus non præſcripſiſſe: Et cum nihil ex tempore, vel in diem petatur, anni dieive expreſſione opus non fuiſſe.

Sena autem millia in ſolidum abſque interuſurij diminutione ſibi deberi: ædium namque unicam eſſe venditionem, unicumque conſtitutum precium: tempus quidem precium auxiſſe, ſed propter rem: Interuſurium vero extra rem eſſe, & non niſi per modum intereſſe peti poſſe.

Inſulæ porro exuſtæ damnum, ut pote fatale, à nemine præſtari cum res ſemper domino pereat. Inſulam præterea rem feudalem eſſe: quæ ſi à patre priſtinæ reſtituta foret formæ: nihil ex eo filiabus expectandum lucri fuiſſe: cum filius, qui non agit, patri, jure inteſtati in feudo abſque ulla impenſarum reſtitutione ſucceſſurus fuiſſet. Filiæ contra: non alienam à ſe proponi actionem, ſed hæreditariam: Quæſtionem namque damni octoni à patre æſtimati millibus, verti.

Inſulam vero à patre priſtinæ reſtitutam formæ ab eo vendi vel teſtamento liberis cõmune reddi potuiſſe. Quod haud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

dubie feciſſet, cũ inſulæ aream & quod ex feudo reliquum fuerit ex æquis partibus teſtamẽto inter liberos dividi juſſerit: exigua tãtum feudi parte, qua filium honoravit, excepta. Sed & ſi teſtamẽto pater de feudo nihil diſpoſuiſſet fratrem tamen feudo potiri abſq; impenſarum, exemplo feudi novi, collatione, non potuiſſe. Sed feudales haſce quæſtiones ad viduam nihil pertinere: ideoq; jus non ſuum ab ea proponi.

Cumque res ad judicium ſpectare videretur: expeditiori via, ſupremi Senatus deciſioni cauſam committi placuit.

Senatus itaque viſo litis inſtrumento: viduę ſex aureorum millia ex bonis conquiſitis addixit. Et quandoquidem maritus alluviones aliquot ſeu terras à mari fundo ſuo adjectas, aggere marino communibus expenſis munire juſſiſſet: quantum aggeri impenſum eſſet, ex communibus bonis viduæ rependi, filiabus adſtipulantibus, cenſuit: ut & quanti ea res eſſet, inſulam exuſtam non eſſe filiabus ex communibus bonis refundi juſſit: Ita tamen ut adjudicatæ utrique parti perceptiones, poſtquam in liquidum deductæ eſſent, ad pares ſummas compenſarentur. Data 1. Febr. 1594.

Notæ in vigeſimam obſervationem.

S*Ex aureorũ millia ex bonis conquiſitis addixit.)* Tametſi enim mariti ſcriptura actum omnino perfectum non probaret, ut ex ea optandi facultas viduæ danda eſſet: vel ea quæſtio ſubeunda, An donatio inter conjuges, re nõ tradita, donantis morte confirmetur: Et an filialis portionis ineunda ſit ratio. Attamen ſena illa millia enuntiative ibidem repetita ſatis maritum ab initio ejus fuiſſe animi declarabant, ut quam utiliſſimè uxoris, non etiam ſuum negotium gerere, commodumque longiſſimæ diei (quę fere eo loci ubi ædes ſitæ eſſent in omni ædium venditione interponi ſoleret (uxori cedere voluerit: quo uberior ſors tandem ei reſtituenda foret. Alioqui in dubio, interuſurij quæſtio difficultate non caruiſſet.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM VIGESIMA-PRIMA.

Maritus pacto dotali bona mulieris alienare prohibitus, ſi ædes dotales in cauſam annui reditus hypothecæ ſupponit: nihil agit, tametſi tum ipſe, tum mulier poſt eus mortem, plurimorum anno rum reditus ſolverint.

MVlier bona ſua omnia & quæ habebat & quæ ex propinquorum ſuorum hæreditatibus obventura ſperabat, ſibi parapherna fore, ſeu ut citra matrimonium, ac conjugalem communionem haberet, ſtipulata fuit: Ita ut fructus tantum matrimonij oneribus conferret: Ac ne bona maritus, abſque ſuo, patriſque ſui conſenſu, alienare, vel qua ex parte obligare, poſſet, pacto dotali cavit.

Nuptiis deinde ſubſequutis, maritus ædes dotales in cauſam reditus annui hypothecæ ſuppoſuit, redituſque ceſſos, quandiu vixit, ſolvit, Cumque etiam mulier, eos quo ad viveret ſolviſſet: Ea defuncta filiæ ejus tutores, ſolutionem indebite à matre factam autumantes: Et quia filia patris hæres non eſſet: reditum in poſterum ſolvere diſtulerunt.

Creditor, vero ædibus pignori, uti Amſtelodami moris eſt, captis, eas executioni mãdandas poſtulavit: Intentionem ex generali communionis cõſuetudine dimenſus, cui, quod ea publici juris eſſet, privatorum pactis derogari non poſſet: Deinde quod mulier præſens ædes à marito, ut mariti obligari paſſa, obligationi conſenſiſſe, & conſenſum plurimorum annorum ſolutione, confirmaſſe videretur.

Hiſce tutores manu conſerta occurrẽtes: publicè, ut mulierum dotes ſalvæ ſint, intereſſe, referunt: Cumque ea in re, per conſuetudinem parum proſpectum eſſet, quandoquidem plurimi invenirentur mariti, qui in bonis conjugum

graſſan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

graſſantes, expenſarum, neq; modum, neq; finem haberent: Ei rei quo obviam eatur, receptum eſſe, ut pactis ſponſalitiis conſuetudini, vel in totum, vel pro parte derogari poſſit.

Judices Amſtelodamenſes, cauſa cognita, ædes executioni obnoxias pronuntiarunt: At Curia Provincialis, ea reſciſſa ſententia, creditori jus pignoris denegavit. Cui, & Senatus ſuperior, poſt ſecundam appellationem, ſuum addidit calculum. 26. April. 1594.

Notæ in vigeſimam primam obſervationem.

S*Enatus ſuum addidit calculum)* Sententiæ ratio ſatis à tutoribus exprimitur: Sed cum expreſſo pacto ſponſalitio, cõſuetudini, quo ad lucrum, & damnum derogatum non ſit, nec marito adminiſtratio liberior interdicta, vel ei tutela coarctata: Nunquid cum caſus omiſſi diſpoſitioni juris communis relinquantur, ædes pro parte ſaltem dimidia rei judicatæ, qua mulieres actione perſonali obligatæ remanent, executioni mandandæ erant? Quod nemo facile adſtruxerit: ubi enim nulla communio eſt, ibi nulla ſocietas: Ubi vero nulla ſocietas, ibi nec rerum adminiſtratio, nec lucrum nec damnum eſſe poteſt. Hac autem ſpecie, mulier viro, qui publice bonis ceſſerat, nuptura in tantum omnem communionem poteſtatemque maritalem excluſam voluit: ut marito bonorum ſuorum obligationem inhiberet: nec ſi maritus ad meliorem quandoque rediret fortunam, lucri partem ſtipulari dignaretur. Quia ſi lucri partẽ ſtipulata foret, fruſtra damnum quo ad creditorum jus, excepiſſet, cum qui lucrum ſperat damnum quoque expectet neceſſe ſit, *Chaſſen. des droits appert. aux gens mar. Rubr.* 4. §. 9. *gl. ibi, Quod vero. Arg. l. ſi non fuerint* §. *fin. ff. pro ſoc.* ne actus alioqui in leoninam degeneret ſocietatem.

Quod denique ratione tutelæ, ædium obligatio non ſubſtitit: ex eodem manat fonte: Licet enim tutela perſonæ, & in conſequentiam etiam bonis detur: Attamen cum pacto hac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

hac ſpecie tutela reſtricta ſit, ne bona vel alienari vel obligari à marito poſſint, quid illi reliquum cenſebitur, niſi ut ſolius perſonæ tutelam gerat?

Poſtremo quod creditor adſerit, mulierem paſſam rẽ ſuam quaſi mariti eſſet, obligari, ac proinde videri obligationi cõſenſiſſe: *per l. ſi ſine voluntate C. ad S.C. Vellejan.* De mulieris certe præſentia, aut ſcientia, non conſtitit: Abſens autẽ & ignorans nemo nec conſentit, nec patientiam præſtat. *arg. gloſſ. d. l. ſi ſine in pr.* ubi hæc duo, invita muliere & ignorante, comparantur. *Et text. ibid. verſic. quod ſi patientiam præſtitiſti:* ubi mulier patientiam (quæ facti externi eſt) præſtare dicitur, in cujus præſentia ejus res, maritus quaſi ſuas obligat.

Quod autem de ſolutione adjicitur: certum eſt paucorum annorum ſolutionem, obligationem in futurum non parere. *l. Si certis annis C. de pactis l. Creditor C. de Vſuris l. Operis non impoſitis ff. de Oper. libert.*

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM VIGESIMA-SECVNDA.

Interdictum quorum bonorum, adverſus hæredem teſtamento ſcriptum non dari.

IAcobus & Maria conjuges anno 1566. mutuis tabulis ſeſe invicem hæredes ex aſſe ſcripſerunt, ea ſuperſtiti indicta lege, ut præmorientis hæredibus legitimis centenos erogaret Carolinos.

Trigeſimo vero anno poſt, cum Adrianus Mariæ ex ſorore nepos, ſponſalia cum conjuge futura contracturus eſſet, Maria Sponſo pro ea qua hæres ſibi ab inteſtato futurus eſſet parte, hæredem ſibi fore hiſce verbis promiſit. *Des ſoo beloofde de voornoemde Maritgen, dat ſy Adriaen haer ſuſters ſoon, ofte zijne kinderen, by zijne aflyvicheydt, ſoude laten erven met al ſulck hooft-*

deel, als hy ofte ſy luyden tot haren overlijden, nade rechten vander landen, bevonden ſouden vvorden gerechticht te vveſen, ſonder den ſelven dien aengaende eenich nadeel, verminderinge, ofte uytſluytinghe te doen ofte te laten gheſchieden.

Cumq; uterq; conjunx, & teſtes præterea bini, huic pacto ſubſcripſiſſent, Maria biennio ſuperſtes prædefuncta fuit, Adriano duobuſq; aliis ex præmortuis ſororibus nepotibus inteſtati jure relictis hæredibus. Hi quaſi pacti ſponſalitij verbis Maria teſtamentum revocaſſet, reſq; ad cauſam inteſtati rediiſſet, hæredem ſcriptum in jus vocant: petentes Interdicto Quorum bonorum in poſſeſſionem rerum hæreditariarum mitti, earundemque rerum inventarium ſibi tradi.

Maritus contra judicio occurrens, teſtamēti tabulas integras nulla ex parte raſas neq; cancellatas profert: Ex quibus ſi alius bona detineret, ſemet in poſſeſſionem mittēdum eſſe aſſerebat. *ex l. fin. C. de edict. divi Ad. toll.* Ideoque ſibi poſſeſſionem multo magis contra tabulas auferri non oportere.

Sed & ſi actores proprietatis judicio hæreditatem evincere quandoque conarentur, tamen ſeſe haud dubie juſtiſſimis defenſionibus tutum fore.

Ac in primis: non ideo minus teſtamēti tabulas ſubſiſtere, quod inſtituendi verbum ibidem non reperiatur: Cum ejus loco teſtatrix relinquēdi, donandiq; verbis cum univerſitate bonorum adjuncta uſa ſit: *maeckt, gunt ende geeft alle hare goederen.* Eamque clauſulam in ultimis voluntatibus inſtitutionis vim referre: *Bald. in l. id quod pauperibus nu.* 1. *verſ. circa primum C. de epiſc. & cler. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 8. *Quos & Senatum noſtrum primo inſtitutionis ann.* 1582. *Iulij* 24. *ſecutum memini in cauſa Theodorici vander Laen cōtra legitimos hæredes Ioannis Duvenvordici Quæſtoris Brielani.* Sublatis etenim certis & ſolennibus verbis, quibus olim inſtitutionē fieri neceſſe erat: hodie quibuſcunq; verbis voluntatem animi clare exprimentibus hæredem rectè inſtitui, *l. quoniam C. de teſtam.*

Deinde Mariam futuri temporis ſinendi verbo vſam, dum dicit

dicit *dat ſy ſal laten erven*, eaq; verba factũ aliquod futurum requirere, quaſi dicat ſe effecturã Adrianũ ſibi hæredem fore.

Quod autem nihil poſtea fecerit in confeſſo eſſe.

Denique tametſi Mariæ enixa voluntas præſentem forte diſpoſitionem præ ſe ferre poſſit: tanti tamen eam nõ eſſe, ut vel obligationem naturalem inducere queat. Cum enim pactum iſtud de futura ſit ſucceſſione, juris non eſſe incogniti, hujuſmodi pacta tanquam captatoria & bonis moribus contraria, obligatoria non eſſe, ne liberrima alioqui teſtandi facultas quoquo modo impediatur. *l. pactum quod dotali C. de pact. l. hæreditas C. de pact. convent. l. ex eo C. de inut. ſtip. l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.*

Nec referre quod hic agatur de pacto, inter perſonas ſanguine junctas inito, quaſi pacta hujuſmodi generali quadam conſuetudine approbata permiſſaque videantur *ut videre licet apud Zaſ. in l. ſtipulatio hoc modo ff. verb. obl. Papon. Arreſt. lib. 20. tit. 2. D. Præſ. Everard. conſ.* 129. *Maſuer. de ſocietat. §. ſeptimo. Boer. deciſ.* 115. *& latius deciſ.* 204. quod iis hæreditas non tam detur quam legitimis hæredibus conſervetur. Quia ut hoc verum ſit obligationem tamen ex pacto non ante initium ſumere quam mors promittentem occupaverit: & verum ſit eum nullo facto teſtamento deceſſiſſe: nam ſi teſtatus deceſſerit certum eſſe nullum pactum obligandi initium capere poſſe. Cum enim teſtamentum æque atque conſervandæ hæreditatis pactum vim demum à morte defuncti accipiat, & teſtati cauſa ſemper ſaciat ceſſare cauſam inteſtati, nihil referre utrumne teſtamentum factum ſit, ante vel poſt pactum interpoſitum, cum pactum quod de jure non ſortitur effectum nullum præbere poſſit impedimentum. *l. militis* 37. *§. veteranus de milit. teſt. c. non præſtat de reg. jur. in* 6. Et quamvis alias nuptiæ ſubſequutæ non fuiſſent, tamen ex ſententia Baldi *in l. Antimidoram num.* 12. *C. ut in poſſ. legat.* imputare ipſum ſibi debere, qui invalido pacto innixus nuptias contraxerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Quod autem actores ex præſumpta Mariæ mente teſtamenti revocationem inferant, & teſtamento revocato ſucceſſioni ab inteſtato locum fieri arguant, id male ab illis colligi, cum aſſumptum non probetur, & verum non ſit pręſumpta aliqua mente teſtamenta revocari, *arg. §. plane inſt. de mil. teſt.* ne quidem ſi teſtes ſeptem rogati revocationi accedant, *Ang. & dd. in §. ex eo autem Inſt. quib. mod. teſt. infir.* niſi tabulas poſteriores æque ſolennes perfecerit, *§. poſteriore Inſt. quib. mo. teſt. inf.* vel expreſſis verbis teſtator revocationi addiderit ſe inteſtatum decedere velle, *l. 1. §. ſi hæres ſi tab. teſt. null. ex tab.* tunc enim per aditionem eorum qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt confirmari prioris voluntatis mutationem: quod tamen ipſum pugnâ non caret, ut notat *Alexand. in l. ſi ita ſcriptum §. ſi regula de lib. & poſt.*

Et quod poſt decennium Juſtiniani Conſtitutione tribus tantummodo teſtibus adhibitis, vel ſi cõtraria defuncti voluntas appareat, teſtamẽta rite revocari poſſint *l. ſancimus C. de teſt.* id non eam vim habere, quaſi quælibet voluntas contraria, utut ea de jure ſit invalida ad revocandum teſtamentum ſufficiat: Sed certos etiã revocandi modos ibidem à Juſtiniano introductos eſſe: puta ſi teſtator verbis apertis dixerit ſe nolle prius ſtare teſtamentũ, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per teſtes idoneos ac rogatos *Iul. Clar. §. teſt. quæſt. 91.* nõ pauciores tribus, vel inter acta manifeſtaverit: tunc irritum aſſerente teſtamentum non tam ex contraria voluntate quam ex curſu temporali.

Hic vero teſtatricem nullis verbis apertis eſſe uſam nulla etiam ab ea verba prolata eſſe quæ contrariam ejus voluntatem expreſſerint.

Nam quod pacto Adrianum ſibi ab inteſtato hæredẽ eſſe voluerit, id ſeparatum à teſtamento & non contrarium eſſe. Vt enim actus ſit contrarius, oportuiſſe eam eadem actus validitate voluiſſe Adrianum ſibi ab inteſtato hæredem fore, qua ſe ſolenni teſtamento hæredem ſcripſiſſet, cum quæ

jure

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

jure confecta ſunt jure etiam tolli perimique debeant *l. ſecundum naturam l. nihil tam naturale de reg. jur.* Enuntiativam enim illam Mariæ voluntatem adeo inutilem eſſe ut nullum præſtare poſſit impedimentum ex jam dictis ſatis liquere. Vnde ſi vere ex animo actum teſtamento contrarium edere voluiſſet haud dubie verbis contrariis ſe tabulas incidere vel nomen hæredis delere teſtato dixiſſet, ſimulq; re præſtitiſſet. Cum non modo horum nihil præſtiterit, ſed ne quidem tabularum mentionem vel minimam toto inſtrumento dotali fecerit.

Deinde etiam non ſatis teſtibus idoneis Mariæ contrariam voluntatem probari, cum teſtes in hoc adhibiti non ſint ut quid à Maria teſtamento contrarium gereretur (in quam tamen rem Juſtiniani conſtitutio ternos requireret teſtes) ſed ut quod tum agebatur teſtimonio ſuo ſponſalitio contractui fidem adhiberent.

Poſtremo tametſi Mariæ contraria voluntas revocationẽ aliquam prioris elogij operari poſſit: in eodem tamen nullitatis luto, rem hærere: Cum enim in ſolidum revocatio facta non ſit, nihil actum videri, ne teſtati cauſa, quæ reliqua in ſuo vigore permanſit, cum cauſa inteſtati permiſceatur: non ſecus atque ſi teſtatrix ab initio ſe ex duobus trientibus hæredem inſtituiſſet, nullo quoad trientem reliquum, cohærede dato: vel ſe ex re tantum ſingulari hæredem inſtituiſſet, nullo ſcripto hærede univerſali: quo facto proculdubio, favore ultimarum voluntatum, univerſa bona accreſcendi jure ſibi acceſſura fuiſſe cum cauſa teſtati ad ſe cauſam inteſtati trahat *l. quoties §. ſi duo l. ſi quis hæredes & l. ſi ita quis hæres ff. de hær. inſt.* Sic & hac ſpecie, præſtare ſibi portionem Adriano promiſſam accreſſere, quam ut competitores ejus (quos legato honoratos Maria à bonis ſuis reliquis alienos eſſe juſſerit) rerum contra tabulas, & expreſſam defunctæ voluntatem, potirentur.

Et ſi Adrianus trientem ſibi promiſſum vi fideicommiſſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

forte deberi putet, etiam illud petitorij eſſe judicij: cum fideicommiſſarius ex communi DD. ſententia non poſſit intentare remedium poſſeſſorium niſi ſaltem ei facta ſit verbalis quædam reſtitutio: Neque enim jus ullum habet in bonis fideicommiſſo ſubjectis. *l.1.l. reſtituta l. facta ad Tabell. §. Reſtituta de fid. hær. Guid. Pap. deciſ. 132. Achill. Perſonal. de adipiſc. poſſeſſ. nu. 186.* Sed nihil in eo eſſe periculi cum mens & verba Mariæ reclament, quæ nihil præter legitimam ſucceſſionem Adriano promitterent.

Teſtium quoque numerum qui fideicommiſſo convenit aſcitum non eſſe: Sed & eos qui ſponſalitio contractui ſubſcripſerunt in aliam rem eſſe adhibitos cum nihil hæredis fidei (quem ſcriptum ignorabant) ſe quidquam committere velle Maria coram illis teſtata ſit.

Senatus cauſa cognita tametſi bonorum poſſeſſionē contra tabulas exhibitas decernendam non cenſeret: Quia tamen actores inſtabant, teſtamenti tabulas mutuo Mariæ & Rei conſenſu revocatas eſſe, adeo ut eo nomine Rei appellarent conſcientiam qui id ſub calumniæ jurejurando inficiari non poſſet: Et contrà Reus quatenus opus eſſet, purgationis offerret ſacramentum: Interfactione concordiæ viam antequam ſummum jus pro Reo pronuntiare vellet, tentare ſtatuit: ut ſi hac via nihil proficeretur: Reo, uti obtulerat, jurandum eſſet.

Sed cum id negotij Collegæ noſtro amiciſſimo Rumoldo Hogerbetio Juris vere Antiſtiti, datum eſſet: Is pro innato pacis ſtudio negotium dextere adeo geſſit, Vt Actores bona pecuniæ quantitate accepta quæ legitimæ eorum portioni penè, ut fertur, coæquanda eſſet, à lite & cauſa diſceſſerint: Et conſulto, meo quidem judicio, cum tot illis ſcopuli, uti ex Rei defenſionibus apparet, tranſcendendi eſſent. Data. 24. Octobr. 1598.

OBSER-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

OBSERVATIO RERVM JVDICATARVM VIGESIMA-TERTIA.

In dubio ſitne bonorum communio pacto antenuptiali excluſa nec ne, communioni ſtatur.

Marta van Houſen vveduvve van Adriaen vande Velde, contra Ianneken vande Velde.

SOluto per viri mortem matrimonio: cum vidua ſe pro maſſaria omnium bonorum, quam *boelhoutſter* vulgo dicimus, gereret: Et defuncti filia unica ſe omnibus à patre collatis, immiſceret: Utraque duplici interdicto poſſeſſionem ſartam tectam ſibi à Curia ſervari poſtulavit.

Sed vidua prior ad judicium provocans, intentionem metiebatur: Quod matrimonio conſtante bona communia ſocietatis jure poſſediſſet: Eamq; poſſeſſionem à ſe abdicatam non eſſe, verum ſub maſſariæ titulo continuatam: Eamq; citra familiæ erciſcundæ judicium ſibi avocari nõ poſſe: Maſſariæ vero titulum quanvis coloratus tantum eſſet, quo ſuperior ipſa in hoc interdicto evadat, ſufficere.

At filia, pacto antenuptiali bonorum communionem excluſam aſſerebat. Nihil igitur novercam ex bonis paternis communionis jure poſſediſſe, vel poſſidere etiam patre conſentiente potuiſſe. Et licet inſtrumentum dotale, fraude novercæ exhiberi nequeat: rei tamen geſtæ veritatem liquido probari poſſe: Bona autẽ patris ad ſe, jure hęredis, tranſmiſſa: Hæredi autem liberam rerum hæreditariarum eſſe apprehenſionem. Et quandoquidem in pari poſſeſſionis cauſa is ſuperior evadit, qui dominium probat: nihil novercæ titulum coloratum, præ ſuo prodeſſe.

Et ſi forte novercę poſſeſſio tempore prior eſſe poſſit, ut ex

eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

eo capite interdicto tuenda ſit: Tabulas ſeſe paternas nulla ex parte vitiatas offerre: quibus hęres ex aſſe ſcripta eſſet: Ex hiſce, ſi alias obtinere non poſſit, ſeſe in bonorum poſſeſſionem immitti petere.

Cumque cauſa, ſuper poſſeſſione fiduciaria ſeu recredentia, utra ſcilicet partium pendente lite poſſideret, in auditorio eſſet perorata: Commiſſarij rotulæ præfecti, mediam eligentes viam, bonorum partem alteram viduæ: alteram vero partem filiæ fiduciariè poſſidendam adjudicarunt: cæterum cauſæ ſtatum, quo ad plenum poſſeſſorium, judicialem conſtituerunt: ut ſcilicet cauſa, brevibus memoriis conſcripta, chartaceis tantum munimentis, non etiam teſtibus audiendis, inſtruenda foret.

Porro ſuper executione hujus ſententiæ liticula ſuborta eſt: eo quod filia inventarium rerum hæreditariarum ſibi à noverca tradi peteret: Contra noverca inventarii traditionem petitorij juris aſſereret. Se autem non niſi patientiam adhibere, quo adverſaria præſtita cautione ſecum poſſideat, condemnatam. Quam cum cautionem non præſtitiſſet, executionem ab ea temere inceptari non potuiſſe.

Senatus ut etiamnum filia ſatiſdet, inventariumque conjunctim, opera communi conficiatur, & jurejurando utrinque confirmetur, per interlocutoriam edicit.

Viſo deinde lectoque in Senatu proceſſu: Cum vidua nihil minus quam maſſariæ titulum probare conata eſſet. Et filia bonorum communionem, teſtimoniis tantum non repetitis, excluſam evincere, niteretur. Curia, cauſæ ſtatum, qui optione viduæ judicialis erat, in conjecturalem convertit: Vt ſi teſtes ſibi conſtarent: aut alias pacto antenuptiali, communio excluſa probaretur, pro filia pronuntiaret: ſin minus Commiſſariorum confirmaret ſententiam, utpote conſuetudini conformem. Data. 3. Novembr. 1592.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
232 K 35